


Epistola Sigeberti ad Tietmarum abbatem de vita sancti Maclovi

Vita piissimi confessoris Christi Maclovii qui etiam
Machutes dictus est, diligenter quantum ad veritatem
hystorie antiquorum stilo erat exarata; sed quia minus or
dinate digesta, minus composite descripta, ad hec bar
barismis et soloecismis nimis erat confusa, longo o
blivionis et negligentie situ adeo latebat obducta,
ut quasi nullis auribus digna, iam ab omnium recesse
rit memoria. Sed considerato quia non omnino perdit
estimationem precii preciosum metallum quamvis iaceat
rudere terre infossum, vel scabredine rubiginis deco
loratum, placuit o venerabilis pater Tietmare tue pater
nitati ut iuberes mee pusillitati, ut inspecto hysto
rie textu et proposse eraso vitiorum contractu, meliora
rem illam quantulocumque sermonis cultu. Ergo qui
iussioni contraire non habui, opus iniunctum executus
sum, non quidem ut volui, sed quomodo pro ingenii tenuitate va
lui. More enim rusticani fabri qui follibus sufflando
et malleis tundendo elicit scoriam de rudi massa
preciosi metalli, ut paratiorem reddat eam operosi artificis
manui, ostendo aliis splendorem materiei, ut si quis
velit exercere vim sui artificii, inveniat materiam
paratam suo usui. Ergo quod facile factu videtur faciam,
scilicet ut superflua demam, vitiosa corrigam, confusa
ordini reddam, a veritate tamen hystorie nullo modo
recedam, ut michil novi fecisse dicar, cum verius tantum

limando et fricando renouasse uidear.

Prefatio sequentis operis.

Preconia scorum que ualde sunt in oculis domini preciosa: nullatenus sunt reticenda, uerum omni memorię tradenda. Et nichil ominus credendum est omnipotentis dei uirtute facta esse scorum miracula pro felici eorum uita. prius cordibus eorum celesti munificentia indita. Ergo primum indaganda est amicorum dei uita. ut dum eam studemus imitari: proficiat nobis uirtutes eorum mirari. Siquidem nichil nos iuuat stupere miraculis. sine felicis uite imitatione proficua. Iam nunc beati uiri uita ad medium deducatur. ut dum eius merita recolendo ad eius imitationem animamur: intercessionis eius gratiam in oportunitatibus habere mereamur.

Incipiunt capitula.

I. De ortu beati Maclouii. II. De indole pueritię eius. III. Qualiter ab estu maris liberatus sit. IIII. Qualiter habitum monachi suscepit. Et de candela diuinitus accensa. V. Qualiter eps ordinatus sit.
VI. Quod ad laudabilem insulam querendam cum Brendano profectus sit.
VII. Quod super balenam missam celebrauit. VIII. De gygante resuscitato.
IX. De reditu eius ad patrem. X. Quod omni carnali affectioni renuntiauit.
XI. Quod ab Aaron monacho susceptus sit. XII. Quod aletę urbis eps ordinatus sit.
XIII. De mortuo resuscitato. XIIII. De mortua sue suscitata.
XV. De cappa sci. XVI. De puella demoniaca.
XVII. De redditu uisu duci britannie. XVIII. Quod brittanni aduersari ei ceperunt.
XIX. Quod pistorem eius male mulcauerint. XX. De maledictione pessime generationis.
XXI. Quod a britannia in aquitania transmigrauerit. XXII. De filia comitis sanata.
XXIII. De puero uite reddito. XXIIII. De uidua nomine bona luci reddita.
XXV. De repedatione sci Maclouii in brittannia. XXVI. Quod sanctonas rediens ibidem obierit. XXVII. Quod Leontius eps condigno eum honore sepeliuit.

Incipit uita sci Maclouii



Sanctus igitur Maclouius nobilitate parentum apud homines soli inter suos non mediocriter inclitus: citra oram brittannici maris fuit editus. Pater eius Guent nomine comes fuit. qui urbis guinicastrum uocate conditor extitit. Mater uero ipsius Darual appellatam accepimus. Et quia in omni rerum euentu numquam abest dei dispensatio: patuit etiam in huius sci uiri natiuitatis exordio. Natus est enim in die sco quo omnis mundus paschalis sollempnitatis celebrabat gaudia. ut in die quam fecit dns ut exultemus et letemur in ea. etiam hoc gaudium mortalibus adderet diuine pietatis gratia. In huius quoque articulo diei nati sunt in ipsa uicinia etiam alii XXXIII pueri. Quod quia creditum est dispensatiua dei ordinatione factum. placuit parentibus omnium. ut qui nascendo sortiti

× sepeliuit.

fuerant unius contemporalitatis exordium.
unum in xpo tenerent uiuendi contubernium.
Nam omnes simul cum sco maclouio scolaribus
studiis eruditi. omnes simul diuine seruitutis
sunt mancipati. ii. Bone itaque indolis pu
ero electo a deo ad beatitudinis opera exequenda.
iam tunc diuinitus inspirabatur. quod ait sca
scriptura. ex studiis suis cognoscitur puer. si
munda sint eius opera. & beatus qui portauerit
iugum ab adolescentia sua. Ab ipsis enim infan
tie annis. occupationi solaris uanitatis abre
nuntiauit. & libertati diuine seruitutis se
sociauit. Qui ut plenius haberet scientiam do
ctrine & cognitionem dei. artius se addixit sca
rum scripturarum eruditioni. in cuius rei inten
tione otiositas que inimica est anime reprimitur.
in cuius meditatione deus agnoscitur. in cuius
executione uita eterna adquiritur. Appetebat
scientiam que per caritatis humilitatem edificat.
refugiebat illam que per uanitatis elationem
inflat. Incipiens etiam corpus suum castigare. &
illud in seruitutem spiritus redigere. assuescebat sim
plici uictu & uestitu contentus esse. uilipendens
corporis frigora. indignum ducens distendi ciborum
copia. ne aliquomodo dominaretur anime sue
per indulgentiam corporalis necessitatis carnis pe

tulantia. Ideo exceptis his que expetebat simplex
necessitas nature. reliqua omnia expendebat in
opera elemosine. iii. Deus autem qui seruos et
prophetas suos aliquando etiam in ipso matris ute
ro nouit sanctificare. non distulit seruum suum
in primeua etatula uirtutibus & signis mirifi
care. qui iam in ipsa infantilis etatis simplici
tate non destitit per bonam intentionem se ipsum
ad seruiendum deo preparare. Dum quadam
die cum ceteris coeuis sibi pueris ludendi gratia
processisset ad litus maris. aliis in otioso ludendi
negotio intentis. hic humi reclinato capite som
no cepit indulgere. Cum subito inundando re
deuntis maris estu adueniente quod secundum
lune cursum in mari brittannico fieri est sollem
ne. reliqui pueri fuga consulunt uite sue. illum
dormientem in tanto periculo non occurrentes
excitare. Sed puero ad salutem multorum nato.
non longe abfuit dei protectio. perpetrata magno
rerum miraculo. Nam cum undique aque circum
fluerent. & unde undis superuenientes cum feruo
re tumendo circumstreperent. & tamen circum
ducto undique circulo locum in quo puer iacebat
attingere non audebant. omnipotentia dei fecit
illic insulam excrescere. que usque ad summum equo
ris porrecta sui altitudine. futurum xpi antistitem

eruit a mortis discrimine. Tam inopinato in ocu
lis omnium apparente miraculo. opa parentū suo
rum citius pcurato nauigio eductus ē placitus
deo puer de maris periculo. Et ne ū āmemoria ex
cederet huius facti nouitas. & ut p hoc magis clare
sceret beati uiri scītas. eandem insulam usq; in
hodiernum diem pmanere fecit diuinitas. et
ut credimus usq; in finem hanc p testimonio
habebit posteritas.

Post scs̄ maclouius de adulta infantia transiens
in pueritiam. quanto ampliorem diuine inspi
rationis cum cremento etatis hauriebat grām.
tanto auidius atq; instantius cor suum pparabat
ad appetendam angelice uite scīmoniam. Sciensq;
ex ore dnī beatitudinem uidendi deum pmissā
ēē mundis corde. ab ipsis pueritie rudimentis
se deuouit opibus munditie. Volens enī place
re deo corpore & spū. elegit omnē etatem suam age
re in uirginitatis celibatu. Sicut enī testa quo
recens est semel imbuta diu seruat odorem. ita
& ei utile uisum ē. rude uas corpis sui aptare
quā primū ad scīficationē & honorem. ne corrum
peretur p carnalis desiderii passionem. Quo ut
liberius et pfectius posset exequi. p parentum
deuotionem & ppriam uoluntatem assumpsit
habitū ordinis monachici. Ubi positus sub regu

laris discipline custodia. quā strenuum et prop
tum se exibuerit pre ceteris in obedientia. saltē
ex hoc probari poterit. quod inuidia coequaliū
suorum carere non potuit. que semp ex aliorum
profectu et glā nascens. in se ipsa contabescit.
Patiebatur enim inter coeuos suos. quod olim io
seph passus ē inter frs̄ suos. Joseph polimita doria
tis tunica a patre & ab eo plus cunctis frībus
amatus. quia fratrū uitia carpebat. inuidiam
sibi conflauerat. Hic etiam quia talarem perfec
tionis tunicam & uirtutū colore uariatam a dō
meruit. equalium suorū inuidiam effugere non
potuit.

Mos est ordinis illius pueris
ferre ebdomadatim lanternā cū luce ante
pedagogum suum. quando nocturno tempore
intrant uel exeunt oratorium. Adueniente ergo
ebdomada felicis pueri. compares eius extinxe
runt ignem quo debebat lucerna accendi optan
tes ut saltem pro hac offensa sufferret uerbera
magistri. Quid ageret simplicitas pueri. Ad offi
cinam ubi ex annonis aqua infusis atq; decoctis
conficiebatur ceruisa cucurrit. & ignem sibi dari
a ministro petiit. Sed nec in crudo rustici pectore
diabolice inuidie malitia defuit. Aspnatus enī
supplicis pueri humilitatem. negauit porrigere
ignis fomitem. Ille angustiatus pre timore ma

gistri. prunas ardentes a camino imposuit
uesti. & ad lucernam accendendam recurrebat
cursu celeri. Sed inueniens eam iam accensam
diuinitus: prunas excussit uestibus. que tamen
illese apparuerunt omnibus. Pedagogus gemi
nato miraculo stupefactus: alumni se pro uolui
genibus. Et deinceps debite uenerationi habitus.
cum omnes anteiret gratia. tamen carus erat omnibus.

Uir sanctus quia Christi sacerdos futurus erat.
& caput & caudam hostie in sacrificium dei offer
ri debere sciebat. de die in diem de uirtute in
uirtutem proficiebat. & per scalam bonorum operum gra
datim ad summum perfectionis scandere festinabat.
Quicquid enim in tenera etate deo fideliter uouit: id
oportuno tempore sinceriter soluit. Ante omnia casti
tatis puritati operam dedit. sciens quia nisi sincerum
uas fuerit: quodcumque infunditur acescit. Habens
ergo precinctos lumbos hac uirtute castitatis: etiam lucer
nam ardentem tenebat in manibus suis. cum per bona
opera lucis exempla monstrabat proximis. Ita fideli
ter & prudenter geminans a deo sibi credita duo
talenta intellectus et operationis. quoscumque potuit
uerbo & exemplo allicere ad propositum sancte conuersa
tionis. participes et socios sibi conciuit ad scanden
dum iter perfectionis. Iam uero quam ei frugalitas ami
ca fuerit. quam ei parsimonia placuerit. quomodo

utrumque reducto fune temperantie semper mediam
uirtutum uiam in omnibus tenuerit satis ex hoc pa
tuit. quia ad summum sanctimonie culmen feliciter per
uenit. Cuius uite rectitudine omnis populus ad meliora
tionem morum non parum directus. & miraculorum eius gratia
nimis iocundatus: promoueri eum fecit ad ordinem
episcopatus. ut uberius mererentur sanctificari eius benedicti
onibus.

Fama que facta et infecta solet loqui
referebat quandam insulam in mari. que preter
cetera felicitatis sue commoda quibus pre ceteris ter
ris et insulis credebatur abundare: hoc miraculo
dignum dicebatur habere insigne. quod celi ciues in
ea ferebantur habitare. Super hoc si rei consideretur
ueritas. ex eo illis insulanis hec uiuendi imputaba
tur felicitas. quod apud eos in nullo exorbitabat mora
lis rectitudinis probitas. immo in omnibus potenter reg
nabat naturalis legis sanctitas. Delectatus ergo uir beatus
tam fauorabilis fame nuntio. totus ad requirendam
tam laudabilem insulam ferebatur animo. Quia
enim eius conuersatio iam in celis erat. & eum inter
mundi scandala commorantem iniustitie humane
multiplicitas offendebat: saltem illic uitam agere
desiderabat. ubi iustitie uestigia remansisse audie
bat. Ad hoc eum magistri sui et abbatis Brendani
exemplum animabat. cuius tota intentio ad felicem
insulam querendam non minus flagrabat. quippe

qui huius noue p̃egrinationis incentor et auctor
existebat. ut scriptura uite eius demonstrat. Quã
siquis legere desiderat: quid de ea estimare debeat
sapientium iudicio ediscat. Post habentes igitur
dulcem patrie amorem: assumunt incertũ optate
peregrinationis laborem. Hanc uiam insistere
utrũ psuaserit sola querende felicis habitationis
uoluntas. an aliqua ex parte subrepserit animis
eorum curiositatis humane uoluptas non habet
discutere nr̃a temeritas. Hanc tamen uiam deo
non displicuisse per hoc satis intelligimus: quia
etiam hoc peregrinationis temp̃e hunc seruũ
suum non destitit miris decorare uirtutibus.
Paschalis sollemnitatis agebat mundus vij.
letitiam: quando solet sc̃a ecc̃la celebrius recolere
nr̃e redemptionis memoriam. que his diebus
completa ẽ p̃ passionem & resurrectionẽ dñi ca m.
Cum ceteri se inde agerent festiuius. sc̃s Maclouius
se agebat deuoti˚. uacans psalmis ẏmnis et oratio
nibus. utpote qui debebat deum interpellare
non solum pro suis sed etiã pro popl̃i excessibus.
Volens g̃ celebrare sollemnia missarũ. cum non
haberet locum ad id idoneum. quippe qui circũ
ferens uisum quantũ p̃mittebat orizon nichil
uidebat nisi superi˚ celum. & inferius liquorẽ
aquarũ. toto corde conuersus ad dñm orabat
obnixius ab eo offerri sibi locum aptum. Exau
dibilis auris dei omĩpotentis. affuit presto ora
tioni utilia petentis. Et qui olim periclitanti
Ione cetum ad saluationẽ eius p̃parauit: hic eti
am modo balenã p̃sto adẽẽ fecit. Cui tanta corporis
uastitas erat. ut rupes ẽẽ ab omnib; putaretur.
porro eam tanta substrauerat inmobilitas. ut
insula stabilis ẽẽ crederetur. Sacramentorũ ergo
ordine a sacerdote sollemniter celebrato. & uia
tico dñice eucharistie omnib; deuote distributo.
quo unico inter om̃s utriusq; hominis aduer
sitates muniirentur subsidio. soluto alacriter
nauis retinaculo. reddunt se suscepto nauigan
di p̃posito. Porro in comitatu illo erant homines
centum octoginta ferme numero. Cum g̃ iam
altum tenerent uelificante fide securi. tunc
demũ reducto uisu intellexere de quanto peri
culo eos eruerit misericors potentia dñi. qui
balenam p̃ insula parauerat eis in medio ma
ri. & eam substrauerat inmobilitate tam stabi
li. ut eis nichil incuteret periculi. Cui enim
posset ẽẽ dubium quod ineuitabile om̃s incur
rissent mortis periculum. si belua immanis
sima dedisset corporis sui motũ. Unde omnes
letum cantantes celeuma. uoces gr̃arum actio
nis unanimiter iactabant ad sidera. viij.

Magnis maiora miracula succedunt. & nouitate
sui deuotionem fidelium ad laudanda dei mag
nalia uehementius accendunt. Cum tanto ope
re querenda illa laudabilis fame insula labora
rent. factum est ut ad aliam insulam disponen
te deo applicarent. Et potiti optata harena. dum
pro releuando tedio nauigationis perlustra
rent singula. offendunt tumulum sepulti homi
nis quem fuisse gygantee molis et proceritatis
prodebat inspecta qualitas corporee magnitu
dinis. Motus igitur uir pius miseratione humane
compassionis. & insuper animatus uigore super
ne inspirationis. cum fidei magnanimitate
et lacrimosa contritione cordis nomen & uir
tutem inuocat sancte trinitatis. & aperto loculo
tumuli suscitauit eum a mortuis. Qui postquam
est redditus pleno uite officio. compellat eum
sacerdos pio alloquio. sciscitans eum quis esset
unde illuc uenisset. ubi modo fuisset. si aliquando
in xpo credidisset. Respondit ille se a parenti
bus suis occisum ibi tumuli accepisse locum.
porro se infernalibus claustris deputatum.
dirum et interminabilem tulisse cruciatum.
Et addidit homo dei. Vobis igitur quos cordis incre
dulitas deputauit penali inferni ergastulo. est aliqua
fidei confessio. est aliqua sancte & indiuidue

trinitatis cognitio? Et ille. Plane inquid nobis
sancte trinitatis cognitio est. sed modo eam nosse
aut confiteri nichil nobis prodest. immo quia
in uita eam nosse noluimus. mortaliter obest.
Ideo precor ut saltem modo merear renasci bap
tismo salutari. ut qui actenus damnatus fui
morti eternali. iam nunc possim erui ab inte
ritu infernali. Sanctus dei his auditis. ingreditur
uiam apostolice predicationis. et eum initiatum et
catecizatum catholice fidei rudimentis. con
secrauit et regenerauit baptismi sacramen
tis. & muniuit uiatico dominici corporis et sangui
nis. Superuixit autem quindecim diebus. et
a morte anime erutus. morti corporali est reddi
tus. et in eodem tumulo repositus. in generali
omnium regeneratione resurrecturus cum xpo
felicius. Hec sunt bone ihesu mirifica tue diui
nitatis opera. hec sunt magnifica tue promissio
nis munera. quibus fideliter in te credentes con
solatur tua clementia. Qui credit inquid in me
opera que ego facio. & ipse faciet. & maiora ho
rum faciet. Que quidem posse fieri per hominem
uix apud homines optineret fidem. nisi promissum
fuisset per dominicum hominem. hec facienda esse per
fidelem hominem.

VIII

Exhausto incassum nauigationis labore diu

tino· postquam nulla spes desideratam insulã
inueniendi· aspirabat pio eorum desiderio· re
tractato inuicem consilio· deliberauerunt finẽ
facere tam longo post liminio· Iam enĩ septen
nium in hac peregrinationis expleuerant·
et septem paschalis celebritatis recursus sollem
nizauerant· & p certum laborem nichil adhuc
certi in animo habebant· Reuersus ğ uir scs ad
ciuitatem patriam reddidit parentibus suis de
sideratam diutissime sui psentiam· Et quia in
terris nequiuit inuenire optate felicitatis
insulam· iugem nocte dieq; dabat operam· ut
in celis ꝑpetue beatitudinis mereret habere patriam·

Ds qui hominem gra sua preuenit· x.
ut bonum uelit· & subsequit ut implere possit
eum uoti sui compotẽ fecit· Cum enĩ in hoc to
tus ẽẽt ut iamiamq; pfectionis iter arriperet·
cum de more interẽẽt ecclastici officii ministe
rio· audiuit euangłm pnuntiari a diacono· Siqs
uenit ad me et non odit patrem & matrem et
uxorem et filios & frs & sorores adhuc autem et
animã suã· non potest meus ẽẽ discipulus· Et· Qui
ñ renuntiauerit omĩb; que possidet· ñ potest
meus ẽẽ discipulus· Et rapiens uocem ex ore di
aconi· credens hoc consilium sibi in tempore
mandatũ ẽẽ ex ore ipsius domini· ex ipsa lectio
nis oportunitate patrem suũ conuenit· legatio
nem dñici mandati p diaconum sibi missã obiecit
et· & licentiam abrenuntiandi sibi suisq; omĩb;
ab eo humiliter petiit· seq; transmare peregrina
tione p xpo uelle suscipe predixit· Pater diligens
filium nimis carnali affectione· quẽ gaudebat
redisse de tam longa peregrinatione· noluit bo
ne eius uoluntati contraire· Et precurrens ad ma
ris litus· amotis usq; quaq; nauibus interdixit
potenter nautis omĩb;· ne quis eorum filio suo
facultatem transfretandi pstaret aliquatenus.
Sed uir aplice uite sciens dnm pcepisse· si dextera
manus tua uel pes uel oculus scandalizat te· e
rue eum et pice abste· maluit solus ingredi ad
uitam· quã cum parentib; suis pntiose dilec
tis in gehennã mitti· Omnĩ ğ carnalis necessi
tudinis affectionẽ post ponens xpi amori· abre
nuntiauit patri· abrenuntiauit paterne fa
cultati· abrenuntiauit etiã sibi ut nudus et ex
peditus sequeret discipls uestigia magistri· Asci
tis itaq; omĩb; qui secum tenebant ppositũ mo
nastici ordinis· allegato quoq; magistro suo
Brendano abbate socio prioris peregrinationis·
uenit ad litus maris· Vbi amotis nauib; et
nautis omĩb; iuxta interdictũ patris sui·
cum nulla suppeteret uia transfretandi· recole

bat illud psalmiste· bonum ē confidere in dn̄o· quam
confidere in homine· Cumq; cor ad dn̄m solum sus
penderet· ecce nauim uacuā hominib; presto
ad ēē uidet· quam xp̄s ipse regebat· uir tam sc̄s
puerum eum ēē credebat· Qui puer mox illum
illum ad nauigandū inuitauit· & quorsum iter
uellet dirigere eum interrogauit· Respondit ille
quo uoluntas domini iter suum uellet diri
gere· eo se libenter sequi uelle· Adiecit puer· In
sinu hui' sali est quedam insula· quā habitat
uir satis ꝓbatus in monachica uita· Hic aaron
uocatur· a quo etiam locus· insula aaronis cog
nominatur· Ad hunc te dirigam· & ut ab eo offi
ciosissime excipi & humane tractari faciam·
Hac uice sermonū· intellexit tandem uir dī
puerum cui colloquebatur illū ēē quē inuo
cauerat deum· Cumq; accelerare ꝓuolui loqn̄
tis genibus· dicto citius euanuit ex oculis ipsi'.
Igitur felicioris nauigationis uiam
aggressus· ꝓsperis uentis et recto tenore cur
sus ad insulam aaronis ē directus· & iuxta
ꝓmissum dn̄i officiosa humanitate a famulo
dei ē exceptus· Ibi cum sc̄o sc̄e uiuebat· & cum
innocente innocenter agebat· & factus alter
alterius speculum· siquid in semetipsis uide
bant ēē corrigendū aut adiciendū· caritatiua

emulatione meliorabat alter per alterum· Ibi
ergo mundi hui' peregrinus ꝑmansit aliquan
tulum temporis· donec placuit diuine omnipo
tentie etiam in hoc seclo ei reddere mercedem
laboris· in futuro seruans ei plenitudinem
remunerationis.

Iam fama nomen eius celebre fecerat ubiq;·
iam omni populo erat in ore· quod peregrinus
ille miraculorum polleret potestate· & supra ho
mines doctrine afflueret ubertate· Iam omnis
populus in eius declinauerat amorem· eo quod
uideret in eo esse & pii patris affectionem· & fa
cundi doctoris auctoritatem· Quo circa coope
rante sibi diuina gratia· fecerunt eum introniza
re in epali cathedra· in urbe que uocatur aleta
que non longe aberat ab aaronis insula· Hanc
urbem fluuius nomine rinctus ex uno late
re· ex altero alluebat mare· Illis in partibus
adhuc demonū squalebat spurcitia· et iam
passim euglii regnante gratia· ibi restiterant
idolatrie uestigia· Accinctus itaq; uir dī gla
dio uerbi dei· ostendit quā fidelis ēēt suo
regi· pro eius amore aggressus debellare
regnū diaboli· t̄ secante destitit· quā infide
lium corda uirtutū mirificentia & doctrine
affluentia ad credendū inflexit· & a regno

diaboli abactos xpi iugo subiecit. In hac ui
cinia scs quoq; samson manebat. qui beati
Maolui consanguineus erat. hic in territorio
urbis in qua epatu amministrabat. non medi
ocriter laborem inpendebat. ut de regno dni
sui exturbaret paganismu. & ad laudem dei
ampliaret xpianismu. Sic in regione illa p
fortes milites xpi diminuta e aduerse partis
potentia. & dilatata e longe lateq; xpianitatis
magnificentia. ;

Uigiliam paschę popls xpianus celebrabat. et
in celebrandis missę mysteriis sacerdos in
tentus erat. Et ecce tristes defuncti exhibentr
exequię. & animos audientiu ad copatiendum
mouent plangentium lacrimę. Plus cunctis
mouetur & ipse sacerdos qui totus erat in mise
ricordia. & prestolari iubet du finiatr missa.
Circumstante popli frequentia. monet omnes
appellare clementia dni. ut qui dnatur morti
et uitę. dignaretur p membra rigentia uitale
animę calorem refundere. Nec longu fuit
& qui dixit omia possibilia sunt credenti: deuo
tioni fidelium. affuit. Resurgit mortuus. et
horrorem incutit omib;. & palam fecit omino
deu fauere fideliter petentib;. Ut uiuus astitit
poculu uini porrigi sibi petiit. Quid scs uir
faceret. Uinum qd sitienti porrigeret n habe
bat. aque poculu qd porrigebat. tangere sitiens
nolebat. Iterum confortatus in fide. recurrit
ad fontem misericordię. petens ut qui orationi fide
lium impenderat maius. dignaretr impendere
et id quod erat minus. Mox habens ad manu
uas marmoreum. eleuata manu illud benedi
cens uertit in uas uitreum. Et infundens ita
si aqua. p uirtute scę benedictionis mutauit
et illam in uini natura. Sicq; in uase uitreo
porrigens homini rediuiuo noui uini poculu
non minimu diuinę pietatis ostendit omib;
miraculum. O uere pium et magnificu culto
rem scę trinitatis. quę secdm fidem cordis sui
in una die diuina uirtus tribus illustrauit
miraculis. in nomine & uirtute scę trinitatis
suscitauit mortuu. & ex marmore uitru. & ex
aqua fecit uinum. Itaq; que alienis manibus
carruca ad sepeliendu illuc aduexit. ipse eam
letus domu reduxit. & quo aduixit idoneus
suę resurrectionis testis extitit.

Uir sepe nominatus in quo fides p bona ui
uebat opa in paruis quidem rebus n parua
dedit miracula. ut p eum in omib; xpi cresce
ret gra. Dum aliquando brittannica regione
circuiret ut in agro dnice culture semen

diuini uerbi sereret. offendit subulcū in agro. quem torquebat magna tristitię amaritudo. Custodiens enim gregē porcorū. suem auide & inportune uastantē segetes dum nititur arcere a dampno uicinorꝰ. occiderat eam per incautū lapidis ictum. Pro hac offensa dn̄m suū timebat. cui̇ iram ob hoc maxime exasperari credebat. quod septē nati oberrantes solito circa ubera defunctę matris lac elicere uolebant. sed nullam uite alimoniā in ꝑmortuo corꝑe inuenire poterant. Machlouius quē sibi totum uendicauerat pietas. non potuit sine lacrimis. uidere subulci lacrimas. & fusa oratione ad dn̄m. auri defuncte suis imposuit baculum suū. & resuscitata ea ad solum tactum merenti reddidit gaudium. Subulcus rem ad dominū retulit. & preconia serui dei per ora omnium diffudit. Dominꝰ ascenso equo oret ad os grās egit sc̄o uiro. et uillam unā contulit ęcclē ad usus seruientium dō sub eo.

Gessit et aliud quiddā simile. uel ꝑ solo pietatis intuitu satis ꝑdicabile. Imitatus paulū aplm cui manus sue operando supplebant siquid sibi deerat. & ipse labori manuū suarū intendebat. quando ab eūglizandi officio uacabat. Cum quadā die in putanda uinea laboraret

11

cum fratribus. deposuit cappam reposuit in abdito ut operari posset expeditius. Finito opere cū cappā uellet recipere. auiculam quam uulgo bitrionem uocant inuenit supra eam ouum posuisse. Qui sciens nec auiculis deesse dei ꝓuidentiā. quippe quarū nulla sine patre deo cadit sup terram. dimisit ibidem cappam. donec fotis ouis pullos in tempe excluderet auicula. In qua re & illud mirabile fuit. quod quanto tp̄r illic cappa iacuit nulla pluuia illam uiolauit. Quod quicūq; audierunt. in deo uirtutē cum grārum actione magnificauerunt. in homine dei pietatē laudauerunt.

In pago urbis aletę in qua antistabat. Maclouius uenerabilis. filiam habebat uir quidā prenobilis quam miserabiliter uexabat diabolicę infestationis passio intolerabilis. Omnes enim se contingentes attrectabat morsibus. nec ipsis parcebat parentibꝰ. Nec comprimi aut sedari poterat huius male ualitudinis uehementia. ni ferreis catenis artaretur tam immanis insania. Pater cuius animo filia egrotante nichil poterat eē iocundum. ad medendū filię suę felicem inuitauit Maclouū. quē olim audierat in curationum efficatia eē glosum. Nec differt ille misericordiā. sed credens quia facile ē deo ꝑstare fideliter petenti medelā ꝑgit ad puellam. Et

uolens diabolice malitie comprimere dolum sudarium suum proiecit in furentis puelle collum. Tunc uero potuisses audire horribiles uoces demonum. seruo dei in hec uerba exprobrantium. O transmarine incola non potuit te sustinere patria tua. qui uenisti huc querere aliena. & nos expellere de regione nostra. Discipulus xpi uilipendens hec inimici improperia & gaudens cum magistro & domino suo sibi ea esse communia. cui subdola confessione acclamabant demonia. quid nobis & tibi ihesu fili dei uiui uenisti ante tempus perdere nos. exemplo dominice increpationis comprimebat falsitatis uaniloquia. Sciensque hoc demonium esse de illo genere de quo dicitur a domino. hoc genus non potest eici nisi in oratione & ieiunio. fusa super aquam exorcismi oratione & addita episcopali benedictione potum dedit puelle. Per aque benedicte poculum infusa uirtute benedictionis per menbra puelle diabolica immissione diu contrita. cecidit in terram puella quasi mortua. Paulo post resumpto spiritu surrexit sana & leta. effugato pessimi peruasoris impetu. & letificauit alios pro integro restaurate incolumitatis statu. Pater uidens satisfactum desideriis suis. pro gratiarum actione ditauit sanctam ecclesiam dei prediis & xeniis pretiosis.

Quia gratia aut raro aut numquam caret inuidia. non pertulit diu tantam macloui gloriam antiqui hostis uersutia. sed ne in regno xpi inualesceret amplius boni militis gloria. suscitauit contra eum hostes armatos dolo & iniustitia. insuper fultos non mediocriter seculari potentia. Haloch quidam qui potenter principabatur toti brittannie. stimulatus instinctu diabolice malitie. cepit basilicam destruere. quam beatus maclouius fundauerat in predio sue parrochie. Vir dei apud aures principis agebat lacrimis & precibus. ut dignaretur desistere a destructione ecclesiastice domus. Sed ille efferatus per conceptam iniquitatis insolentiam non poterat mitigari uel refrenari per aliquam pie ammonitionis gratiam. Contra huiusmodi secularis dominationis potentiam ad munimen et firmamentum sui solam maclouius assumpsit patientiam. Sed qui ad suos fideles loquitur per prophetam qui tangit uos tangit pupillam oculi mei. & michi uindictam & ego retribuam. non dimisit inultam pauperum suorum iniuriam. Et sicut Saulum recalcitrantem percussit triduana cecitate ut postea totum mundum illuminaret eterna claritate. percussit & hunc temporali cecitate ut per tenebras transitorias liberaretur a peccatorum obscuritate. Ex templo

ad cor reversus. & penitudine precordiali com
punctus: ad satisfaciendum episcopo occurrit quantotius. se reum esse protestans amaris fletibus.
se merito excecatum esse confitens lacrimosis
questibus. Ille qui didicerat a magistro summe
bonitatis etiam inimicis esse benefacien
dum. et pro persequentibus & calumniantibus
nos esse orandum: cito & misericorditer indulsit pe
nitenti reatum. Et providens ei utriusque hominis
salutem aqua benedicta eum perfudit & oleo
sacro oculos eius perunxit. & ei ita pristinum visum
restituit, pro admissa tamen temeritate congru
um penitendi modum indixit. Dux videns &
anime & corpori suo utilem esse suam satisfactio
nem. ecclesie dei non parvam delegavit terrarum here
ditatem. & copiosam in re mancipi contulit
benedictionem. Deinde quoad vixit. servum dei
ut patrem filius unico amore dilexit. eique suisque
tutor & adiutor oportunus fuit in omnibus. Sic
antiquus hostis hoc primo congressu victus
discessit. sed non defetigatus cessit.

Sicut enim olim domino congressus. non recessit
prima temptatione victus. sed secundo et tercia
arma restaurare est ausus. in prima quoque Ma
clovii victoria non destitit a suis conatibus. Dux
Hailoch qui se totum humiliter inclinaverat

ad Maclovii obsequelam. & per eius gratiam se totum
potenter erexerat ad ecclesie dei tutelam. postquam
ingressus est universe carnis viam. morte sua
locum fecit iniquis opprimendi ecclesiam. Surrexit
enim post eum impia generatio. que aversa a
deo facie: descivit penitus a rectitudinis con
silio. Hinc nactus oportunitatem diabolus. & tali
bus utens officialibus: in virum dei mille in
surrexit artibus. Filii itaque belial Maclovium in
festantes execrabili odio: invehebantur in eum
huiusmodi convitio. Quis inquiunt hic reg
no nostro temporibus successit advena. qui usquequaque
nobis concitat scandala: Quis est iste pellax syco
phanta. qui blanditiis suis humana a se alie
nat pectora: Quis est iste heredipeta cupidus. qui
ex nostris incommodis sua hic comparat commoda:
Cum apostolis & apostolorum successoribus nichil in terra
sit possidendum. hic sub obtentu paupertatis velat
cupiditatis vitium. & sub pretentu elemosinarum
avaritie exercet emolumentum. sub optentu lon
ge orationis expolians domos viduarum. Qui
omnia se pro Christo reliquisse mentitur. & omnia se
in Christo habere gloriatur. nos & filios nostros exheredat
& hereditates nostras sibi avide captat. Qui sua se
non curare simulat: cur aliena dispensat. Ni
chil ergo nobis magis utile. quam iam iamque nostris

fessis consulere & hunc longe a regno nr̄o extur
bare. & hereditates iniuste ecclijs mancipatas
iterum occupare. Siquidem nobis & filiis nr̄is
nichil reliqui fecit. qui sibi om̄ia nr̄a usurpauit.
Solam spem futuror̄ nobis p̄cio omnium rerū
nr̄arum uendit. quarū usum fructum ipse in
presentiarum capit. Sepe lacessentes scm̄ uirū
tam iniuriosis inuectionib; omni genere p̄se
cutionis eum exasperant. & homines eius seuis
uerberibus tormentant. omī rerum direptione
omnino ecclām dei deuastant. XIX.

Quam grauis & intolerabilis hec p̄secutio fuerit.
ex uno aduerti poterit. Pistorem ei' uocabulo
rimian iniuste comprehensū indigne cesum. ui
mineis uinculis quadrupedem constrictū. ut
nullo posset iuuari officio menbror̄. sup ripas
maris reliquerant solum. ut superueniente estu
maris absorberetur in p̄fundum. Abstulerunt
etiam equos suos scō uiro. ne illi posset adēē sub
sidio. Solam ep̄o reliquerānt equam. estimantes
se per hoc ei facere iniuriam. si uilem ascende
ret equam. Sacerdos quod solam potuit. pericli
tanti famulo orando affuit. om̄ps oranti ep̄o
n̄ abfuit. cui' fide & oratione ille qui in articulo
mortis iacebat mirabiliter euasit. Nutu enim
ei' cui omnis natura seruit undiq; miliario

uno longe aiacente pistore estum maris retinu
it. et puerum innocenter morti oppositum con
tingere timuit. Presul g̊ p̄ sui odio uexatum
sine mora adiens pistorem. inuenit eum incolu
mem. secumq; reduxit alacrem. XX.

Pontifex Maclouius qui ante deum & homines
sine querela iustitiam tenere uolebat pusillos
xp̄i adeo ab impijs scandalizari grauius quā
dici possit ferebat. Pro illis etiam sacrilegis tam
acuto auaritie stimulo instigatis nimis dolebat.
quos apud deum nulla ignorantie excusatio
absoluebat. quos uidentes & uolentes cupiditas
in preceps trahebat. Inde enim nequā & liuidū
inuidia oculum habebant. unde patres eorū
boni fuerant. Patres quippe eorum peccata sua
elemosinas faciendo redemerant. isti elemosinis
derogando peccata sua cumulauerant. Ille doct'
in patientia sua possidere animam suam. si in
quid dn̄s meus ih̄c xp̄c fugiendo declinauit
iudeorum p̄fidiam. cur ego homunculus non
deuitem cedendo istor̄ malitiam. Ecce quia
isti ut uulpes foueas dolositatis. & ut uolu
cres habent nidos uanitatis. at nos cū filio
hominis n̄ habemus ubi caput reclinemus in
illis. cedamus. & occasionē peccandi in nos
saltem fugiendo tollam'. Excutiendus ē puluis

de pedibus vestris in testimonium illis. Et quia
non sunt hic filii pacis apud quos pax christi
requiescat pax vestra ad nos redeat. Quando dixit
dominus noster ihesus. cum persecuti vos fuerint in civitate
ista fugite in aliam. providit profecto hanc fugien
di occasionem quandoque nobis incutiendam.
Agamus itaque fratres constanter. cedamus queso patien
ter. Ita vir pius execratus pessimam illam gene
rationem. intulit illis meritam maledictionem.
quia elongaverat a se benedictionem. Sic moyses
ille mitissimus super omnes homines qui moraban
tur in terra. sic ysaias. sic iheremias. offensi cer
vicosa ingrati populi duritia. obligaverunt eos
devotatione pessima. scilicet imprecantes propter
eorum inpenitentiam ne intenderet deus eorum vota
vel sacrificia. Heliseus quoque insultantes sibi
pueros maledixit. et maledictionis pene eos ad
dixit. Quid de dominorum domino dicam. qui in ficul
nea propter infecunditatem eorum a se maledicta et are
facta devotationi subiecit dignam maledictionem
iudeorum perfidiam. Hoc exemplo beatus maclovius
maledixit istis. ut traditi sathane in interitum
carnis. animabus tamen eorum reservata spe sa
lutis. desisterent ab opere iniquitatis. et qui prop
ter duritiam cordis sui thesaurizaverant sibi iram
dei tandem emolliti per penitentiam reconciliarent sibi
dei misericordiam.

Ergo per scandala impiorum expulsus a suo episcopatu
apparato omni profectionis commeatu collecto quoque
fideli monachorum discipulatu longo navigatio
nis exacto cursu tandem potitus est aquitanice
regionis portu. Et deveniens ad partes sancto
nice urbis. primo omnium interrogandum esse
putavit. si in illis locis vigeret ritus christianita
tis. Responsum est ei id quo nichil potuit audire
gratius. passim ibi fervere religionem christiani cul
tus. Perrexit querere. quis sibi episcopali preside
ret cathedre. Et leta audivit aure leontium
ecclesiastice provisioni superintendere virum divi
ne sapientie et humane scientie preditum dignita
te. Ipse exultans quod arriderent sibi prima
optate prosperitatis auspicia. spem concipit ex re
rum convenientia. quod de cetero omnia sibi ce
dere ex sententia deberent. Electos itaque ex suis
legatos fidenter ad episcopum dirigit. causam sue pe
regrinationis ex ordine digerit. locum ad habi
tandum sibi ab eo concedi humiliter expetit. Plenus
ille spiritu prophetico gaudebat animo se divinitus
visitari procurato fraterne societatis solatio. Exer
taque hilariter manu liberalitatis sue. tribuit ei
locum habitationis congrue. secundum apostoli preceptum
paratus ex sua copia illius inopiam supplere.
Populares quoque delectati odore eius bone conver

sationis. ei suisque adminiculabantur multis dona
riis. uolentes etiam ipsi participari fructibus alie
Agebatur namque non casu nis laboris.
fortuito. sed dispensatiuo diuinitatis consilio.
ut quo latius diuersis in locis diffamabatur tanti
uiri peregrinatio. eo diffusius magnificaretur
nominis eius cognitio. Filia comitis qui pago
sanctonico principabatur. per patris sui uiridiarium
cum pedissequis suis exercebatur. Ubi dum incau
te incedit. uenenoso occulto serpentis ictu uul
nerata ingemuit. et magnam cunctis eiulan
di occasionem dedit. Pater insolabiliter lugebat.
mater materno dolori temperare nesciebat que
uitam filie inter spem et metum fluctuare uide
bat. Omnis familia lamentabatur. tota ciuitas fe
rali iustitio afficiebatur. Tandem hoc solum dolor
admisit consilium. ut quia nichil humanum pote
rat ualere auxilium. a beato Maclouio diuinum
quererent solatium. Uti consultum est. ita et factum est.
Ad pedes Macloui uentum est. et uotum fideliter pe
tentium frustratum non est. Episcopus ad orationis subsidi
um confugit. aquam exorcizatam benedixit. ex ea
folium hedere perfudit. folium loco uulneris sup
posuit. Contra uim sacre benedictionis non potu
it subsistere uis uenenose pestis. Videres ex
imis uisceribus pestiferum uirus elici et ad locum

folio hedere obductum contrahi. Quod stillando in ter
ra deguttatum. corpus puelle reddidit illesum. Ita
meritis Macloui redintegrata est puelle sospitas.
aucta est parentibus iocunditas. cunctos uiden
tes et audientes confortauit in fide Christi miracu
li nouitas. Pater non ingratus beneficio. uillam
sue proprietatis delegauit dei famulo. ut haberet
unde tribueret necessitatem patientibus pro Christo.
Venerabilis Leontius uidens beatum
Maclouium meritis et uirtutibus glorificari cepit
animo serenum non modice letari. quod diuina pie
tas eum tanto et tali hospite uoluerit consola
ri. Unde suam diocesim uisitaturus. eum ut secum
pergeret obnixis coegit precibus. Venerunt itaque ad
uillam quam antiquitas appellauit bream. gemi
nis ecclesiis in honore summi dei nobiliter insigni
tam. Leontius ut Maclouium artius applicaret sibi
unam earum attribuit eius habitationi. alteram
retinuit suo iuri. Quod quantum deo placuerit. ex eo
satis apparuit. quod presenti miraculo ibidem
eos dominus letificauit. Illucescente die cum lauari
uellet episcopus. puer familiaris ad hauriendam aquam
cucurrit ocius. Qui dum incaute haurit elapso
pede in puteum corruit. et aquarum mole oppres
sus interiit. Exortus est subito clamor et gemitus.
fit undique frequens populi concursus. Accurrit

pater lugubris. non moratur ad eam mater mi
serabilis. inculta facie & nudato pectore passis
q; capillis compatione incutiens uniuersis.
Mouet cunctos & maxime parentes flos eta
tis delectabilis: erat quippe puer iam duoden
nis. Auget tumultu concurrentiu frequen
tia innumerabilis. erat enim puer parentele
nobilis. Leontius corde premens dolorem &
in dno retinens spem & bona fidem. iussit de
ferri glebam defuncti in templu qd destina
uerat ad sci Maclouii parte. Usq; ad auroram se
quentis diei. parentes circa corpus excubias
celebrarunt ritu sollempni. At serui dei pnoc
tantes in oratione. non diffidebant de ei boni
tate. Mane facto scs Maclouius oms eliminat
a templo. duos tantu monachos retinens secu.
cu quib; familiari interpellaret dnm. Cum
his g septies flexis genib; orauit ad deu quam
potuit affectuosius. donec sensit animam inno
centis pueri refundi menbris rigentib;. Assur
gente puero & astante ad testimoniu miracu
li. quid alacritatis habuerint epi. quid stupo
ris passi sint astantes popli. quas grates omnes
una uoce reddiderint omnipotenti. superfluum
e inculcare sermone multiplici. Miraculum
enim quod p comendanda famuli sui scitate

monstrauerat diuinitas: latius diffamabat re
suscitati pueri nobilitas. & gratius accipiebat
affectuosa parentu nobilitas [caritatis]. O uiru predicabi
lem p omnia. o scm scis conferendu in miraculoru
magnificentia. qui & ipse exemplo ihu dni sui
tres suscitauit mortuos in trinitatis inuocati
one efficacissima.

Nec illud subtraham de tantaru uirtutum cata
logo. quod adhuc gestu e in pago sanctonico.
Mulier quedam nomine bona. que uita suam
laudabiliter agebat in uiduitatis continentia.
annis. xiiij. fuerat cecitate obruta. Que optutib;
sci uiri fideliter psentata. luci pstine e reddita.

Porro homines illi qui in britannia
uiru dei exacerbauerunt. & improbitate ob
stinationis sue se terraq; sua ab eo maledicti ptu
lerunt. maledictionis uindicta effugere non
potuerunt. Terra enim in opere impioru maledi
cta. tam in frugibus qua in pomis omnium ge
neru sterilis & infructuosa e reddita. Habi
tatores u ei mille morbis morboru deuotati. alij
menbroru debilitate ceperunt contrahi. alij
lepra squalebant. alij uisu se priuari dolebant.
Isti oris officio se destitui. alij se auditu plange
bant diminui. Nec aliquis erat omnium. qui
celestis uindicte effugeret iudiciu. Tandem

p culpe uindictā cognoscentes sero culpā suā.
nec uolentes nec ualentes ultra sufferre ma
ledictionis & ultionis molestiam. cōmunica
to consilio deliberauerunt a sc̄o uiro humili
ter implorare ueniam. Missa itaq; ad eum
legatione poscunt cum cordis contritione
ut absoluant ab illata maledictione. sponden
tes si eos dignaretur sua reuersione deinceps
se ei obtemperaturos sine aliqua contradictio
ne. Amator pietatis et misericordie Maclouius ubi
penitentiā patriotarū accepit. summā consi
lii ad leontium uenerabilem detulit. leonti
us hoc ad ipsum dn̄m referendū censuit. Vterq;
indicto sibi triduano ieiunio. exorant reuela
ri sibi a dn̄o quid sup hoc sibi ēēt opus facto.
Inter orandū angelus dn̄i Maclouio astitit. eiq;
ex ore dei hec suggessit. Oportet te o amice dei
brittanniam reuisere. omnē maledictionem
auferre. homines salutifera benedictione sana
re. terre ubertatem restituere. Deinceps debes
sanctonas repetere. quia illic habes xp̄e diem obi
re. Sanctus itaq; uir sc̄dm angelicam reuelatio
nē repatriauit. terrā hominesq; sua benedictio
ne sc̄ificauit. deoq; largitori omnium bonorū
eos orando cōmendauit. Sicq; omnis terra repleta
ē dapsili ubertate p eī benedictionē que antea

damnata fuerat p eius maledictionē. Ita factum ē
omnib; palam. quod pontifex prius hanc maledictio
nem non intulit p aliquā maliuolentie intempe
rantiā. immo p utilem seueritatis beniuolentiā.
ut p hanc necessitatē saltem inuiti traherent
ad penitentiā. Brittanni deniq; compotes uoti
sui effecti. tam princeps & optimates regni quā
clerus et ep̄i in unum coniuncti. felicē uirum
poscebant cernui. ut reliquū uite sue digna
retur secum agere. ut p eius coniunctū dignam
mererentur adquirere. Ille hoc fieri posse abnuit.
& simul impossibilitatis sue causā eis humiliter
aperit. & uocationis sue tempus sibi impendere
pdixit. & hoc apud sanctonas sibi ēē a deo deter
minatū ex uerbis angeli se didicisse dixit. Brittan
ni flentes & timentes adhuc celestis ire uestigia
restare. qui nec in uita nec in morte digni ēēnt
talem patronum habere. cū gaudio pacis & di
lectionis eum psecuti. uix tandē passi sunt ab eo se
gregari. sanctonas regressus. Iparari.
noctu & interdiu ob sui custodiā eo laborabat
uigilantius. quo dn̄m in pximo ēē didicerat
certius. ut quacūq; hora ueniret. uigilans et
paratus pulsanti aperiret. Qui enī tam longo
etatis tempe bonum certamē certauerat. & tan
dem cursum consūmauerat. de reliquo coronā

iustitie reposcebat. quã sibi iustus iudex reposuerat.
Reddidit g̃ terre quod erat suum. celi cũ tripudi
o scõrũ eius exceperunt spm̃. Recepturus merce
dem laborũ. deductus ẽ in uia mirabili manib;
angelorũ. Qui enĩ in terris angelicam uitã duxe
rat. modo in celis eis conuiuendo eternaliter
exultat. Vixit .c.xxx. annis. obiit .xvii. kł. decẽbr.
Leontius eps̃ gaudens sup thesauro
sibi celitus destinato. ac posteris suis eternalit
profuturo. decreuit eũ glorificare honoro sepeli
endi officio. Constructaq; ecctã noua corpus eius
ut sps̃ sci organũ in illa sepeliuit cũ decenti
reuerentia. Nec potuit abscondi in terris. cui
meriti modo ẽẽt in celis. Eodem enĩ die quo
in mausoleo positus ẽ. duob; cecis uisus reddi
tus ẽ. energuminũ a demonis infestatione libe
ratus ẽ. Die post humationẽ tercia. contracto
cuidam restituta ẽ medela. muto loquela.
Postmodũ u meritis sci Maclovi tanta dñs
gessit ibidem miracula. quanta nec narrare
lingua. nec continere ualet menbrana. Multi
plicibus ac frequentib; sci huius intercessio
nib; subueniat nobis omĩpotens dñs. cunctis
q; eius preconia celebrantibus. Qui uiuit
& regnat p eťna sctã sctoꝝ. amen.

Explicit vita Sci Maclovi ẽ.

De natiuitate xpi.

Sol hodie nobis apparuit un᷒ & alter.
Hic opus ille artifex. hic leuis. ille manens.
Imperat hic stellis. hic ut imperet imperat illis.
Hic iubet ire dies. ille iubere iubet.
Sol oritur cum sole deo. cũ lumine lumen.
Lux cũ luce. dies cũ faciente diem.
Virgo parit sine nocte diẽ sine semine fructũ
Fit grauis absq; uiro. fit sine patre parens.
Est in ea lux maior ea. res maxima rerũ.
Est magis ampla suo sarcina facta loco
Nox ea pene dies. nulliq; secunda dierũ.
Qua ds̃ induitur carne. caroq; deo.
Infect᷒ factam nocte hac infectaq; factam.
Sol petit auroram. luciferumq; dies.
Sol inquam uerus. lux uera. iubarq; serenũ.
Illud & illa ds̃. sicut & ille ds̃.
Innuba si grauis ẽ. noua res & celica ius ẽ
Fit grauis. ergo nouũ. sydereumq; bonũ.
O secula dat grande uerbo grauis. innuba nupte.
Utraq; dũ grauis ẽ maris altera conscia nẽ.
Pontus. terra. polus. mi subdita. rex ego solus.
Solus ab eterno. creo cuncta. creata guberno.
Sũ uia uirtutis. spes uite. porta salutis.
Ad patriã uite qui tenditis ecce uenite.

Incipit prolog᷒ Sequentis operis.

Martyribus roseas thebeis ferre coronas.
Me gentis amor suadet. ipsaq; causa iubet.
Horum digestos proso sermone triumphos
Coner & exametris pangere uersiculis;
Est pars magna spei patronis officiari.
Hec nichil est regis si famuler famulis;
Video; qui leget hec: tua quis noua scripta reuoluet:
Non esse in pretio scripta moderna scio.;
Tot. tanti. tales. tot. talia. tantaq; patres
Scripserunt nobis. quid reliqui reliquis:
Etas. conditioq; professio. sexus. & ordo.
Hic omne omnis habet. nullus nullius eget.
His pertractandis instabitur omnibus annis.
Hic et musca uadat. fortis equusq; natat.
Ut conuiua satur cum ructat dulcia guttur
Escis rancidulis nauseat appositis:
Sic lector ueterum plenus dulcore librorum:
Te fastidiet. his pultibus appositis.
Scis quoq; materiam quod uirib; equiperandam.
Dicit Flaccus. ne graue uincat onus;
Idem purpuream iubet intertexere tramam.
Ut placeat melius si uarietur opus;
En tibi materies; num sufficient tibi uires:
Viuere si ualeas. desine si nequeas.
Si breuis esse uelis. lucem fumo tenebrabis;
Si tenues filum. ducet arachna colum.
Bombicum filis si pingere stamina queris:
Aut male depinges aut nec habere gemes.
Iam modo te pigeat cepti. ne sero pudescat.
Cum credens animo uerba canes asino;
Hec michi dum timeo: desistere cogito cepto.

Plus credens alii. dum male fido michi;
Sed qui scribendi michi uelle deus tribuisti:
Spem timido reddis. quod michi posse dabis.;
Nam sic in dubiis pendens dum speq; metuq;.
Huc trahor hac retrahor. huc feror hac referor:
Aule mirifice tibi philosophia dicate.
Impegi foribus. uixq; steti pedibus.;
Hic quid splendoris fuerit quantumq; decoris:
Mens hebet. os mutit. dicere quis poterit:
Hic nitet argentum. sonat es. & fulgurat aurum.;
Quid stupeam lapides. quos stupet ipsa dies:
Monstrat ebur paries. laquearia mille colores.
Vernant tessilis equora marmoreis.;
Quodq; magis capiat. uernans hic gratia fraglat.
Herbarum et florum. ruris aque. nemorum.
Hic thus. myrra. crocus. narcissus. balsama. nardus.
Hic rosa martiribus. lilia uirginibus.
Affabre sculptis hic philosophia columnis.
Septem suffulto presidet in solio.
Has sculpsisse suas pallas iactabat athenas.
Rectius assignem quod tibi iherusalem.
Prima dei que scripsisti karismata septem.;
Artibus ex septem laus datur helladibus.
Tantus ad hanc illo populi confluxerat ordo.
Undas quot pelagus. quot rotat astra polus;
Restat pro foribus mecum sine nomine uulgus.
Vita nobilibus hic patet introitus;
Assidunt patres. digni digne laterales.
Et natu grandes. ex habituq; graues.
Hic et agonistas uideas & gymnosophistas.;
Sed nec uirgineis aula uacat choreis.;

Hos signat quercus hos laurus uos quoq; myrtus.
Omnibus inserta serta uirent hedera.;
Hic origenem iuncto eusebioq; iohanne.
Hylarium ambrosium gregoriũ didimũ.
Hic augustinum cũ hieronimo cyprianũq;.
Inter precipuos cerno sedere uiros.;
His pleno cornu leto conuiuia luxu.
Struxerat alma parens cuiq; cupita parans.;
Quicquid edule uiret. quod nat. uolat ambulat offert
Delicias huius terra polus pelagus.;
Ipsi conuiue tulerant. sibi simbola mense.;
Ne fiet ingratus nullus adest uacuus.;
Hinc mea uix tenues naris ꝑsensit odores;
Talis ubi est nidor qualis in ore sapor;
Fons quoq; doctrine de sub pede philosophie
Manans limpidulas suppeditabat aquas;
Ex illo riui triplicem miscendo saporem
Decurrunt septem tramite diuidui.;
Hinc pauci libant. multi libare recusant.;
Qui sapit ut sitiat. hinc bibat ut sapiat;
Producta mensa. poscit bellaria cena.
Que corpus releuent. plus animũ recreent;
Quales tyrones ibi tunc feruere uideres.
Officiis agiles. obsequiis habiles.
Iste nuces ficus. hic poma ministrat & uuas;
Donant de studio xenia quisq; suo;
Exhilarant etiam uario modulamine cenam.
Tibicen. tubicen. cornicen. & fidicen.;
Ecce saginatum uitulum mactando iuuencus.
Ponens paschales sedulius q; dapes;
Dant euangelico feruentia pocula musto;

Dignus uase liquor. atq; liquore sapor.
Ymnizat pugnat. prudentius atq; coronat;
Felix paulini. claruit arte boni;
Et fortunatus scõs laudare peritus.
Martinum metricis magnificat numeris.;
Augustine tuis aptans epigrammata dictis.
Prosper multifluo pendet ab ore tuo.
Alchuinus atq; godelbertus pandecten adorti;
Quam nauant operam uersificando suam.;
Veractum uerso quia rupit arator aratro
Quod lucas primo uomere prosciderat;
Messis aplice ditatus fertilitate.
Hinc offert ultro primitias dño.
Vita dyonisii qui flos fuit ariopagi.
Hilduini studio pollet utroq; stilo.
Cantat heiricus germanũ. usmarũ herigerus.
Chutberto chordas beda mouet lyricas.
Sobrius & milo gratatur amanter amando.;
Dant panagericum quiq; suis propriũ.
Caluos hubaldus tibi caluo karole caluus.
Cantat. caluitium ne ēē putes uitium;
Quo quo pendebam. sensus quocũq; trahebam.
Gloria. dulcie. gratia delicie.
Mulcet odor narem. species oculũ. sonus aurē.;
Os nichil hinc sumit. nil manus inde capit.;
Hic mecum dixi. uerum ihu bone dixti.
Quisquis habet capiet. nec sua pauper habet;
Quid faciam? nil do. nil accipiam; nichil ergo?
Si spes nulla rei. nil reliquum ne spei.
Zinziber. & peretum dat diues cinnama. costũq;.
Hic piper. hic laser. largiatur ipse lauer.

Offert hic mulsum. tu condis melle falernū.
Et certant uitreo gemmea uasa mero.
Ipse feram limpham. ligno testa ue petitam.
Vnde manus unctas unctaq; labra lauent;
Sepe solent pueri panis fragmenta mereri.
Si dent diuitibus mispila. fraga. nuces;
O quot paupertas patitur. persepe repulsas;
Nullo dignatus sum miser officio.
Ne micas perdam. uel mensam gausape tergam.
Quod solum restat. nullus & inuideat;
Has ego more canis tecum legi chananitis.
Nos quibus est pia spes saluet ut alma fides. Inuocatio.
Xpe sophos. agyos. pantogratoz. archos. anarchos.
Basileos. acronos. ischyros. anathatos.
De septem. septem. de panum fragmina quinq;
Bissenos corbes qui cumulare potes.
Multiplica modicas in mensa paupere micas.
Vt uel solus edam. ne querulus recedam.;



Incip lib pmꝰ de passione scōꝝ thebeoꝝ.
De diocletiano ad imperiū electo. ꝛ de genere
& morib; eius. Cap. i.

Ex humanati p nobis tempore uerbi ⸿ ann. cc. lxxxv.
Actis septenis quinquagenis quoq; lustris.
Ex quo romuleam fundatā nouimus urbem.
Lustris decursis octonis atq; ducentis. i. mille. xl.
In re romana princeps erat atq; monarcha
Diocletianus. dextra satis alite natus.
Cui fortuna tibi se lacte fauoris alenti
Plusquam nature sese debere putabat.
Hic libertinus de libertino patre natus.
Natus in obscuro. confotus paupere nido.

Quem nec dalmatici sibi conuixisse coloni.
Delicieq; sue uix cognouere salone.
Quo nascens cunas habuit. moriens ubi trenas.
Ludo fortune toto dominatꝰ in orbe.
Vt patrem prodat. non multum fama laborat.
Nec nomen curat. scribamq; fuisse susurrat;
Hunc urbs dioclea & mater cognominis urbi
Dioclen dixit. dum priuatus sibi uixit.;
Vt generis tenebras dimouit clara potestas.
Indignando notis signari matris & urbis.
Cognomen grecum facit inflectendo latinum.
Diocletianus producto nomine dictus;
Indeptus fasces. aquilas. regniq; secures.
Sedulus imperii se conformabat honori;
Caute moratus. sollers. grauis. atq; seuerus.
Hicq; per inuidiam se sepe tuens alienam.;
Malebat prius alterius grauitate uideri;
Prudens consiliis non futilis utilis armis.
Dignus & imperio. si dignus credere xpo.
Suspexisset eum. qui regna gubernat in euum;

De pturbatione puīciarū sub eo.

Sed tempestates hac tempestate cohorte.
Vndiq; terrores spargunt. ꝛ ubiq; fragores.
Intentant mortes. presentant undiq; clades;
Fluctuat urbs omnis. prouincia fluctuat omis.
Ecce domus domui. gens est contraria genti;
Primates regi. reges primatibus ipsi
Cordibus atq; oculis aduersabantur iniquis;
Que res est stabilis. sibi si sit ea ipsa rebellis.
Subrepens uirus ut reddit debile corpus
Cum facit infusis inflari menbra uenenis.

Hec dolor hic cessat. si non tumor ille quiescat.
Vltro uel ferro. fotu ue medentis amico.
Sic regni corpus corruptum per graue uirus.
Inuidie. plangit uitiari menbra uenenis.
Cum fraus. ambitio. luxus. uel auara cupido.
Precipitant proceres sese non ferre ualentes.
Qui dum plus optant in publica commoda peccant.
Et regnum turbant. dum reges esse laborant.
Quattuor inde plagis concussis. intremit orbis.
En grandis grando. cum turbine seuit ab arcto.
Namque metum. damnum. grauiusque fragore periclum.
Sparserat amandus. complex erat huic helianus.
Qui sibi seruitiis gallorum conciliatis.
Bella mouere docent. melius qui rura mouerent.
His audent turbare armis negotia pacis.
Et quo plus addant terroris. nomine signant.
Erroris causas. sese uocitando bagaudas.
Nominis ut nouitas grauiores preferat iras.
Cogito sollicite uim nominis. unde bagaude.
Tale trahant nomen. uel quod sit nominis omen.
Hos seu bachaudas dicamus siue bagaudas.
Namque in codicibus nostris utrumque uidemus.
Si uis bachaudas dic a bachando. bagaudas.
Mutans cognatis cognata elementa elementis.
Vicitas censes audacter ubique uagantes.
Aut dic bagaudas. bellis audendo uacantes.
Horum seruilis presumptio factio uilis.
Arcton terrebat. late spatiando furebat.
Alpibus a gelidis. et montibus a pyreneis.
Qua scindit se in tres latissima gallia partes.
Qua garunna suis aquitanos scilicet undis.

Diuidit. a celtis. a belgis sequana celtas.
Qua rodanum celte. rhenumque bibunt ubi belge.
Sic et sertorius sic spartacus et uariatus.
Armatis seruis. et collectis fugitiuis.
Quantis hesperias tribularent cladibus ambas.
Et siculi tales olim sensere furores.
Vos gallos etiam seruilia prelia quondam.
Exagitauerunt. et pessum pene dederunt.
Cum gesatarum mutata est terra tumultu.
Omnis cum seruus. cum mercennarius omnis.
Falce. ligone. secure. iugo. carro. uel aratro.
Spretis seruilemque perosi conditionem.
Ense. femur. thorace latus. galea caput armant.
Scuta micant leuis. in dextris gallica gesa.
Hinc hos gesatas a gesis conice dictos.
Hi sibi fortuna nimis arridente secunda.
Vexarunt omnem lugendis cladibus orbem.
Donec romanis tandem cessere triumphis.
Et nunc infelix o gallia mater et altrix.
Seditiosorum fomenta fouens uitiosorum.
Extollendo nouos. armando per otia seruos.
Comcias amando uires. animos heliano.
Vt soluant pacem regni. rumpendo quietem.
Semine uipereo conceptum uentre ferino.
Concretum genuisse uel enutrisse uideris.
Corporis informis monstrum capitisque biformis.
Viperea rabi[illegible]e laceret quod uiscera matris.
Hinc furor [illegible] horrore facit horror inesse furorem.
Nunc uic[illegible] horrent. nunc dentes dentibus herent.
Cum rapitur [illegible] cupide. cum rapta tenentur auare.
Nunc pus nunc ignem. nunc fumum nuncque cruorem.

Gutture ructabat. non una morte necabat.
Consiliis prauis. flammis. uitiis. nece. predis.
Cum perit imperium non una peste grauatū.
Talis erat cacus flammam ructare suetus.
Qui ruit herculeę contritus robore claue.
Tu quoq; roma tua scis monstra repellere claua.
Et perse ueteres romani nominis hostes.
Nunquam dignati latias aquilas uenerari.
Non extinguibiles scintillas ignis alentes.
Subpositas odii cineri nimis inueterati.
Quandocūq; uolunt sufflante furore calescunt.
Horum rex narseus instar modo fulminis actus.
Pre rabię mentis per regna furens orientis.
Fulgurat atq; tonat. populando minando perrat.
Hic quoq; bellorum se turbo mouebat ad austrum.
Et pesuliacas turbabat cladibus oras.
Quippe nouis rebus quos sollicitabat achilleus.
Illud quam flendum. quam durū uixq; ferendū.
Quod colubrum grandem spiras plus mille rotantē.
Visceribus matris grauis insinuabat erinis.
Te iulianę noto. cupidum prauo tibi uoto.
Fines per latu spes affectare tyranni.
Affrica romanę plebis tam seua nouerca.
Quam quondam regnum mundi sperare monebant.
Hannibalis uires magnę & cartaginis arces.
Spe sibi romanum promittentis [...] dominatū.
Nunc effeta dolens. languens. uix ossi[...]b; hereris.
Seuam barbariem se crebrius [...] assilientē.
Exturbare nequid. plus romę q̄m [...] sibi fidit.
Iam nec habet dubium cui mundi [...] cedere regnū.
Debeat an sibi roma an romę seruiat ipsa.

At toto penitus diuisis orbe britannis.
Quot mare lectonas conuoluit quotq; malenas.
Tot modo tempestas bellorum concitat undas.
Que nunc accedunt. nunc pace fugante recedunt.
Saxones & franci nunquam requietis amici.
Hos incessabant. nec tutos eē sinebant.
Vastantes armis. incursibus atq; rapinis.
Has defensandas. carausius atq; regendas.
Suscepit partes. uir ad omnes uersilis artes.
Armis ingeniis. bonus & bene rebus agendis.
Hostibus obstabat. predas raptas reuocabat.
Factus erat compos uoti. mentis licet impos.
Captus auaritię. sed & ambitionis honore.
Nil de communi curat. sibi commodus uni
Fortunę filius. bene gestis rebus abusus.
Dum captat numen regni. nomenq; tyranni
Concitat occiduas. bellis urgentibus oras.;

De maximiano in cesarē ꝓmoto.

Anatolen euro turbante. mesembrian austro.
Adisi zephiro. borea pugnante sub arcto.
Nauis ut in mediis nutat iactata procellis.
Sic tot tam duris res publica turbida curis.
Fluctuat et pendet. quid nam cui ꝓferat heret.;
Hec alternanti sedit sententia menti.
Quamuis stare loco summo sit dulcius unū.
Iudicat utilius partiri per duo pondus.
Et sine scissura binis committere iura.
Alter alterius ut fiat munimine fretus.
Callens augustus fessis succurrere rebus.
Asciuit regni reparandi uel moderandi;
Partibus herculium cognomine maximianū.

Hunc quod erat gnarus. sibi quod commilito carus.
Cesaris in primis insignit honoribus amplis.
Imperii clamidem post partiturus eidem.

De diuisione regnandi uel unione

Grandis amor uirtus. quantũ est discordia virus.
Dedignando parem gener. indignando priorem.
Magni roma socer. dum certant inreuerenter.
Tot mundum populis orbarunt te quoq; natis;
Dum bellatur uter uincat. uicit sibi neuter;
Nam fugisse gener. socer euicisse prudenter.
Morte luunt penas; tanti fuit una potestas.
Porro gener uerus. ueri socer atq; seuerus.
Quam melius quam commodius sibi consuluerunt.
Primi iure pari tutati federa regni;
Quod socer impariter uiuit & inpatienter.
Non passus primum te magne nec esse secundũ.
Hoc socer atq; gener. pariter sedit & patienter.
Dum gaudet uerus secum regnare seuerum.
Tunc ubi sub regno romanos subdidit uno.
Qui sub consulibus consuerant ẽẽ duobus.
Nullo cum magno cesar concors fuit anno;
Hic socialis amor tanquã radicibus arbor.
Fixa bonis. binis semisq; super iubeleis.
Tempus ad id steterat. nec adhuc nutare uolebat.;

De accitu legionis thebee ab oriente.

Cesar auens rapidas expandere nominis alas.
Ad regni columen mentis iaculatur acumen.
Et belli multis se collidentibus undis.
Primo gallorum uult extirpare tumultũ;

Gallens quod neglecta fouent incendia uires.
Utq; leues stipule. cum corripiuntur ab igne.
Flammas diffundunt. & sepe pericula gignunt.
Sic minimis causis mala maxima crescere regnis,
Maiores. crassus. pompeius. piso. metellus.
Belli seruilis clari nunc usq; triumphis.
Addebant animos ad motus hos reprimendos.
Augustus sane gaudens te maximiane.
Resurgere suas. bene partes ferre secundas.
Supplementa parat. que belli causa petebat.
Accitur legio. delectu lecta superno.
Hanc thebe clare mittunt orientis ab axe.
Armis fidentẽ. animisq; menbris uigentem.
Non tamen aonię bonis auspicio fabricatę.
Thebę. non illę quas culpant crimina mille.
Ambitio semeles. mors dyrces. horror agaues.
Serpens occisus. satus atq; renatus & ultus.
Se per se. spingis ambages. sibila cathini.
Incestus matris. nox patris. mors mala fratrũ.
Sed thebę ueteres. modo solum nomen habentes.
Quę pelusiacis multę uirtutis in oris.
Quondam centenis claudebant menia portis.
Quas celebrat multos dinastia ducta ꝑ annos.
Dicitur & thebais ab his prouintia thebis.
Hę genus aonis donant cum nomine thebis.
Hę modo romane legionis milite fultę.
Egyptum latis pacabant latius armis.
Dirigit hanc nobis ad fructum religionis.
Rex exercituum moderans per secula totum.

Qualit exemplo antiquoꝝ legio instructa sit.

Quicquid natura uel te doctrina magistra.

Omnis ab antiquo belli dictauerat ordo·
Edidicit docili studio thebea iuuentus·
Ordinibus rectis incedere· cornibus equis·
Signa sequi· signis dinoscere singula certis
Sic mutis semimutis uocalibus uti
Signis· ut pueri reddunt dictata magistris·
Visum muta trahunt· hec auditum duo tangunt·
Vocibus humanis uocalia signa notabis·
Muta uocare potes· aquilas· uexilla· dracones·
Edunt confusam· semiuocalia uocem·
Dum muto sonitu· reboant tuba bucina cornu·
b. T Cur tuba productum concise· siue minutim·;
a Clangat· productum ciet· accenditq; minutim
His belli primis imbuti sunt elementis·
Num sit metandum· pugnandū· siue fugandū·
Bucina nempe uocat· tuba pugnat· & ipsa receptat
Distincto sonitu· pro cause scilicet usu·
Cornibus at uictor· fugientes uentilat hostes·
Nec gaudet castris nimis indulgere statiuis;
Nouit metari· qua possit aquare uagari·
Pabula querendo· non longe· nec male tuto·
Ponere certatim· deponere castra diatim·
Excubiis per nox· ad queq; negotia pernox;
Nescit delicias· eneruat menbra uoluptas·
Si diluc̣ịdia sunt· nunquā prolucidia desunt;
Vsum per lusum· bellum q; referre p usum·
Discunt atq; docent· ne sero docendo laborent;
Prediscunt lusu· quia bellum constet ab usu·
Dum casus belli sic predocet alea belli;
Currere ceu tigres credas· pugnare leones·
Ad pugnam celeres· a pugna laude celebres;
·a· T Distincto sonitu qd agant· tuba bucina cornu.
b

In saltando leues· hos capreolis ut ad eques·
Mergis equares· si per mare nare rogares;
Repere per rupes· sub terra serpere mandes·
Altius haud repat caper· aut uulpecula serpat·
Vincuntur magnis· per sepe pericla periclis·
Quando potens uirtus· naturam uincere gestit·
Hic opus est ultra nature tendere iura;
T Quando locanda acies· ne belli claudicet hic pes·
Pro re· proq; loco· pro tempore fingitur ordo;
Nunc trigonus· nunc tetragonus· nunc fingit͛ orbis·
Aut forfex cuneo· uel forfice clausus ad unca·
Artatur cuneus; sic est uariabilis usus·
Militie; nullus quem belli mancipet usus
Cessat ab officio· nec munia negligit· immo·
Quisq; tenet partem· quā scit seruare parte͡m·
Corniculnes ale· desultores peditesq; Principes uocabant͛ q in p͞m
Princeps· hastatus· fortisq; triarius arcus· stabant. hastati q in sc
Cui lunat· fundasq; rotando preoccupat auras; Triarii q in t͞cio;
Laudes alconis non mirande nimis illis·
Talia mars amplus edat spectacula campis·
Talis & ecratos ducat bellona maniplos·
Fulgor ut armorum digestus & ordo locorum
Hinc animos pascant· hinc hostis corda liquescant·
Perstringant acies acies· aciesq; retundant·
Mentis & armorum uarient ibi spes animorum·
Vt si et his bellum· quod non hostis tibi bellum· (·l· pulcrū … pulcrū)
Raro solent cesum· sepissime cedere punctum;
Hoc sibi plus tutum· plus hostibus est odiosum·
Vtentes telo· stant protento pede leuo;
Cum uibrant gladium· uideas ptendere dextrū
At cum procinctū soluunt· data signa tubarū

Ante retroq; cauent. oculos utrobiq; retorquent.
Ne quid agant temere. uel fiat eis inopine.
Fraus que successis solet obfuscare secundos.
Insidians incautis atq; remissis.
Vinci sepe facit. quos uirtus uincere fecit.
Vt fortuna suis ludit per prelia talis.;
Hec legio ueterum sic premunita quiritum
Exemplis. animis etiam prestabat & armis.;
Quales strimonias bruma cogente pruinas.
Cum coire grues. hebri glaciem fugientes.
Aduolitant pariter ubi sit clementior aer
Tum uero uideas letas per inane choreas.
Littera quas fingit quam forma triangula pingit.
Dum parili cura seruat concordia delta.
Nec minor est illis uigilis sollertia noctis.
Cum positis castris. uni custodia noctis.
Creditur. in somnem trahit hec cautissima noctem.
Excubat una. timens cunctis. & uix sibi credens.
Stat pede suspenso. super impositoq; lapillo;
Quo faciente sonum. castiget perfida somnum.
Quam sollers concordia. quam sollertia concors;
Talis ad occiduas ab eois partibus oras.
Tendens arctoas. illustrat luce tenebras.;

De conuersione legionis.

Hic domini populus. mundi de sorte remotus.
Cesaris edictis thebaidas exit ab oris.
Hierusalem uersus contendens uertere gressus.
Tramite quo dextro directus & omine fausto.
Respiciente deo solio pietatis ab alto.
Aegypti tenebras tenebrarum cum duce spretis.
Excutit hic iugulis seruile iugum pharaonis.

Mutata latria. squalent egyptia sacra.
Tu serapis. latrator anubis. osyris & ysis.
Omnigenumq; deum monstris preponitur unus.
Vnus in omnibus. & super omnes. omnia seruans.
Submersisq; mari pharaone suisq; rubenti
Transierant mundi pelagus duce nube diei
Nocte flammifera callem monstrante columpna.
Petra potandis christo mannaq; cibandis.
Aegypti panes. carnes. cepe. atq; pepones.
Viuerant azimis. lactucis. carnibus assis.
Masculus anniculus candens non discolor agnus.
Quos alit in pascha. quos hostis saluat ab ira.
Legifer his moyses. his fortis belliger ausus
Hostibus attritis terre mel lacq; fluentis.
Monstrarat requiem; post tedia. postq; laborem.
Intrant hierusalem. non iterum pereuntem.
Sed te hierusalem. nostram super ethera matrem.
Scilicet ecclesiam tendentem semper ad alta;
Libera que semper nescit seruire pudenter.
Hic fidei primis cathecizati documentis.
Deq; syon specula fidei speculando profunda.
Fonte salutari fiunt gens sancta renati;
Hic se cum pompis abiuratis inimicis.
Dedunt regnantum regi domino dominantum
O rex celorum presul hierosolimorum;
Tales exuuias de regno mortis ad actas
Retulit. ante tuos currus edendo triumphos;
Supplementa tuis transmisit qualia castris;
Non hos imbelles animis. non misit inermes.
Vite donandi rude prestabant ueterani.
Viribus inuicti pedites. equites catafracti.

Catafracti equites dicebantur qui et ipsi et equi eorum loricabantur.

Fit uti lorica uirtutis et intus et extra.
Sunt et tyrones animis et corpore fortes.
Armat eos uirtus ne cedant hostis ad ictus.
Una dat in primis dilectio spicula dextris.
Accinxit gladio lumbos. femur. ilia. sermo
Xpisti uiuus. nitidus. penetrabilis anceps.
Perscrutans renes. compages atque medullas.
Omnibus ex humero fidei micat aureus umbo.
Hostis ut eludant ictus. et tela retundant.
Hamis iustitie texto thorace trilice
Munitur pectus pietatis casside uultus.
Suras. crura. pedes uestite boni bene patres.
Et uiris ocreas exemplis ferte suendas.
Taliter armati sunt corde et corpore prompti
Defensare fidem. uel propulsare furorem.

De principibus legionis.

Bellis incoctos fidei uirtute recoctos.
Hos primicerius martinus ordine primus.
Anteit exemplis uite preclarus et armis.
Signifer haud impar meritis licet ordine suppar.
Hunc exuperius sequitur succenturiatus.
Candidus hinc meritis et honore senator herilis.
Candidus ad niueas ciet agmina candida caulas.
Tres isti proceres. animis unum sapientes.
Hoc numero signant quod tam signant adorant.
Proficiueque deum trinum uenerantur et unum.
Dum nomen domini per se faciunt benedici.
Hoc alios post se pietatis odore trahentes.
Solis ut ammittit flammas ipsasque remittit.
Cristallus candens. hoc ignem fomite pascens.
Sic horum mentes plus cristallo renitentes.
Flammas admittunt uirtutis. easque remittunt.
In sibi subiectos fidei radiis calefactos.
His isti presunt primatus ordine. prosunt
Exemplis uite. fideique pari pietate.
Qui presunt. subsunt. qui subsunt hi quoque presunt
Sic in amore pares. pietas facit esse fideles.
Non dux tanta iubet. quantum commilito paret.
Non dux illa iubet que miles ferre recuset.
Plusque coheret amor. quam militie grauis angor.
Ad bellum promptos. ad pacis federa pronos.
Non pax imbelles non reddunt arma rebelles.
Sed castigata sub recti examine uita
Norant que domini domino. que cesaris illi
Reddere. uectigal pendendo. timendo tribunal
Iudicis et regis qui reges iudicat orbis.
Auribus haud surdis etiam precepta iohannis.
Audierant. nullum penitus sibi concutiendum.
Nullum caluendum. uel iniqua sorte premendum.
Quos natura pares fecit. dilectio fratres.
Illos nature sibi tractandos fore iure.
Debita militieque stipendia pluris habere.
Uiuere quam rapto. uel conuectare rapinas.

De statu ecclesie de temporis per iiii^or apostolicas sedes

Hos reor exemplo tam diris temporis euo.
Ante xpiste claros. tenebras dispellere missos
Luce sue fidei. quo ceco erroribus orbi.
Saltem rara uie monstrent uestigia recte.
Hoc hoc fulgur erat quod ab ortus axe choruscat. Palinlogion
Sicut ait xpistus. ducensque per aera tractus. idest iteratio.
Paret in occasum. differtque globos tenebrarum
Hoc oportuno monstratum tempore mundo.

Quando nimis seuis horrebant cuncta tenebris.
Quando fidem xpi uario sub turbine mundi.
Vt fera tempestas quassabat iniqua potestas.
Fluctibus ut nauim. uelut altam flamine ōrim.
Et nunqm grauior. sub celis ingruit horror.
Quam fuit hic turbo sub cesare maximiano;
Vt liceat uerbis hic uti hiezechielis.
Vento turbo furens aquilonis frigora torrens.
Frigore nequitie stringebat climata terre;
Ex hoc magna satis nubes incredulitatis.
Vmbras erroris scelerum sup addidit umbris.
Ignis & inuoluens damnosa pericula uoluens.
In scōs flammas conflarat perniciosas.
Ex inuoluentis fumosis molibus ignis.
Exibat fulgor. ceu scindit nubila fulgur.
Hic splendor lucis p circuitū uolat ignis.
Signans ecclām p multa pericla pbatam;
Hec lux eccłe semper tenebris inimice.
Tanquam sub flauis ignis sopita fauillis;
Inter pressuras fidei mundiq; ruinas.
Vix scintillabat. uix rimas inueniebat.
Per quas decussis posset splendescere canis;
Nam neq; celari. neq; sub modio tenebrari.
Perfidie poterat. quam fomes lucis alebat.
Non extinguibilis. dnī quam spiritus oris.
Celitus accendit. super eccłe q; locauit.
Candelabra sue. que quadro quatuor orbe
Excellunt. ignem fidei monstrando phennē.
Vt lumen uideant qui uite lumina pulsant.
Quatuor ecclās hec candelabra figurant
Sedis apostolice prelatas nobilitate.

Vt sint cunctarum primates ecclarum.
In hierosolimis quo primū scilicet ignis.
Emicuit. silicis e uenis excussus ab imis.
Lexq; petrina fidem uelut icta silex dedit ignē.
Quaq; petrus princeps. iacobq; fraterq; iohannes.
Eccłe primam simul erexere columnam.
Cum iacobum iustū sibi preposuere magistrū.
Hic inquam quāuis passim regnantibus umbris.
Lumen pretiosum uitrea sub lampade tutum.
Contra uentorum flatus strepitusq; fragorū.
Viuebat iugi fomento pinguis oliui.
Puri contusi pilo. de fece refusi;
Hoc emungebat. fideiq; liquore fouebat
Antistes dignus. nomen fuit huic hymeneus;
Iste tuus miles. tuus est hic xpe satelles.
Hic qui presenti preda spolioq; recenti
Clarus. in exhaustis has gazas contulit archis.
Hec de thebeis celebrando trophea salutis.
Eccłe q; farum tutamen nilicolarum.
Quam xpo marcus petri fundauit alūnus.
Seruabas o presul alexandrine theona.
Cui labor est iugis. que pastio postulat ignis.
Suppeditare pire. constructe in culmine pile.
Tempore quo noctis uel tempestatibus ortis.
Fluctibus errantes uel tempestate labantes.
Hoc ducti signo portus saluentur asylo.
Ne quis in erroris pereat fallacibus undis.
Cirillus populis antistans anthiocenis.
Qui primi primā petro statuere cathedrā.
Quo deriuatum manauit xpicolarum.
A xpo nomen. sup omīa nomina nomen

Predicat omne genu cui flectitur o bone ihu
Hunc uite monstrat fontem cunctisque propinat.
Turbida cenose ne dulceat unda lacune.
Que scatet erroris nigris infecta uenenis;
Ecclesie nauis fidei tutissima turris.
Roma petri iuri cum claui tradita celi
Precellit gemina regni fideique corona.
Omnibus hesperiis in partibus urbibus orbis.
Insuper excelsis totius preminet orbis.
Hic candelabrum massis auri fabricatum.
Prefert septenas nixo lampante lucernas.
Lampadibus septem dabat infusoria septem.
Spiritus ex alto fulgens septemplice dono.
Hoc dextra leuaque duo quos mater oliua
Produxit stipant pietatis et unguine curant.
Hi dominatori qui toti presidet orbi
Astantes omnem flammas iaculantur in orbem.
Hic primus est petrus de petra nomen adeptus.
Qui super hanc petram regit ecclesiam solidatam.
Porte tartaree cui nunquam preualuere;
Hic quem de saulo paulum deus alterat olim
Predo rapax nunc predo sagax preco modo uerax.
Qui fundamento te ihu xpiste locato.
Structuras multas magnas nunquam ruituras.
Ere uel argento gemmis aurique metallo
Erexit firme solidatas marmore petre.
Hiis est consulibus tibi mundus roma subactus.
Hi maiora tuis pomeria crescere muris.
Per uexilla crucis perque arma dedere salutis.
Quam numa uel magnus quam cesar et octauianus.
Et quotquot magnis te prouexere triumphis.

Sanguine bellorum uel federe deditionum;
Quatuor ecce rote que deuoluuntur in orbe.
Quodque probat uerum rota quatuor en specierum
Nec sibi dissimilis specie fidei uel amoris.
Undique plena oculis quibus obuiet artibus hostis.
Hec quo ducebat se uite spiritus ibat.
Ante suam gradiens faciem nunquam retro cedens.
Pone sequens animalia fronte notanda quaterna.
Ante suam faciem recto gradientia calle.
Has aurigabas bone marcelline quadrigas.
Currus et auriga populi clerique choraula;
Has tibi clauigeri commisit dextera petri
Ut dare frena citus sufflamen ponere cautus.
Nunc agitando regas et nunc moderando reflectas.
Is status ecclesie legitur tunc temporis esse.
Cum uos thebei ceu matutina diei
Lux effulsistis superando crepuscula noctis;

Quod thebei rome uenerunt.

Materies operis nostri thebea iuuentus.
Tandem dimensis asiani partibus orbis.
Europe metas calcabat et inde per oras.
Ausonie rome recipit se menibus alte.
Hic releuat grandem requies indulta laborem.
Ut sic longa uie fugiant fastidia longe;
Hic prestolantur quid nam sibi precipiatur.
Quo nam flectendum sibi sit quid nam faciendum.
Sed nec amor regis regnantum regna regentis.
Exciderat mundis a mentibus usque secundis.
Non ponunt curam sacre fidei sibi caram.
Nam marcellino papatus ordine primo.
Sese presentant seriatim cuncta renarrant.

Corque suum reserant. cor illius que subintrant
Sicut ezechias antiquitus altera lampas
Regum iudee, sibi missis a babilone.
Chaldeis gratans ostendit eis apothecas.
Argentum. gemmas. aurum. uel aromatis archas.
Sic uir apostolicus fidei crescentis amicus;
Gaudens thebeos fugisse chaos babylonis.
Diuite thesauro uerbi celestis aperto.
Per uarias species horum cor mulcet et aures.
Et de longinquo gratans uenientibus ultro.
Offert. et profert nec queque uolunt dare differt.
Profert argentum uerbi. dat pectoris aurum.
Puri. dat gemmas exemplorum pretiosas.
Quam flagrans operum delectat aroma bonorum.
Cuius adhuc nostras tangit redolentia nares.
Mollia nec morbis desunt unguenta fouendis.
Pre cunctis unum. pre uerbis omnibus unum.
His inculcabat. repetens iterumque monebat.
Ut caueant hostes animarum damna lucrantes.
Quorum muscipulas uel presentire minutas.
Vix bifrons ianus. uix centoculus queat argus.

De marcellino papa per digressionem

Quid tutum nobis permittit pestifer hostis.
De nobis querens quem deuoret ut leo frendens.
Is marcellinus primitus ordine dignus.
Athletas christi subituros scamma theatri.
Armabat contra flammantia demonis arma.
Prodebat tricas. replicabat in ordine techas.
Monstrabat foueam. quam respersa scobe tectam,
Ipse licet scierit. tamen euitare nequiuit.
Quid lector narem rugas. quid subtrahis aurem.

Tolle precor murmur. non longe digrediemur.
In christum toto reboabant classica mundo.
Cogunt christicolas heu thurificare per aras.
Ad stadium tractus marcellinus memoratus.
Illicitur techis. incessitur undique telis.
Verbera corpus arant. cor mollia uerba resulcant.
O dolor. o quam nefas; o nostrum fidere; qui stas.
Sta toto nisu. quo tu fueras bone ihesu.
Compulsus fauit. male suasus thurificauit.
Matutina luto sordescit stella sub alto.
Gemma dei porcis conuoluitur a lutulentis.
Ah marcellinus iacet in certamine uictus.
Passus quod symon petrus. quod summus aaron.
Hic uitulum fudit. petrus te christe negauit.
Sed qui respexit petrum. respexit et istum.
Qui clandestina prius aaron medicina. + lucretius natura clandestinam cecam adhibere
Olim sanauit. marcellinum releuauit.
Armillaque sua mox maxilla terebrata.
Leuiathan. grossam de dentibus extrahit offam.
Ad se conuersus tanquamque peregre reuersus.
Transfuga se christi damnat pro federe tristi.
Ut canis ipse sua lingens sua uulnera lingua.
Aufugisse dolet. uitasse pericula meret.
Iras exacuens cordis. uiresque resumens.
Acrior amissam repetit pugnando coronam.
Circumstant hostes. armis animisque feroces.
Acrius incessunt. mulcendo minando lacessunt;
Persistit miles assultus tutus ad omnes.
Vitam pro domini deuotus amore paciscit;
Sicque refert oculis eius pia stigmata mortis.
Obductis plagis in posteriora pudendis.

Plus super hoc uno conuerso celicus ordo.
Quam pro iustorum curto centusse triumphat.
Nempe loco motus uincente metu fugitiuus.
Miles si uicta formidine mente resumpta
Ad pugnam redijt. culpam uincendo redemit.
Iam dignus brauio. pluris reputabitur illo.
Qui nunquam fugit. nil unquam fortiter egit.
Sicut post tribulos plerumque nouale reuulsos.
Si bene cultoris uotis respondet auaris.
Pluris taxatur. quam que male luxuriatur.
Terra situ. non senta tamen fructu macilenta.
Nunc repetamus iter. iuuat excurrisse parumper.

De moribus maximiani.

Iam marcellini bene doctus ab ore benigni
Miles thebeus tendit te gallia uersus.
Iussis augusti parendo diocletiani
Castris adiungi festinans maximiani.
Militie assuetus studijs is maximianus.
Strenuus et fortis fuerat. patiensque laboris.
Laude ducis clarus. regis quoque nomine dignus.
Regia ni maculis squaleret purpura multis.
Denigrata luto. fumoque libidinis atro.
Aspersus et indomitus. scelerum peruius ad usus.
Sed nec ciuilis multum. nec amicus amicis.
Rege nichil duco grauius cupido uel auaro.
Diocletiano uitijs instructior ipso.
Hunc excusabat. hunc ex se iustificabat;
Estuat ira animos. ceu torres ignis adustos
Nunquam corde reses. ceu mansuescens leo deses.
Passus uincla manum biberit si sanguinis haustum
Mox demansuescet. tibi se natura reflectit.

b Nec sic barbarie potuit uanescere sue.

Patrissando ferox. et naturaliter atrox.
Barbarus agresti. non degenerare sapori
Preualuit generis; transfertur stipite matris.
Cum de pannonia transplantatur tibi Roma.
Nec sic ille prior est dulcoratus amaror.
a Nec sic barbaricus potuit mitescere sensus;
Cresceret ut cumulus scelerum grande et graue pondus.
Addidit impietas. ad tantas hoc quoque culpas.
Addens. ut seuum faceret consurgere bellum.
Contra xpicolas; que non reminiscitur etas.
Quenquam tam multum xpo mouisse tumultum.
Multos in xpm uisos indicere bellum.
Clausula correxit quemuis pietas ut reflexit
Vt rabiem premerent sanctosque premi prohiberent.
Hunc neque correxit pietas neque gratia flexit.
Vt rabiem premeret sanctosque premi prohiberet.
Hic semel emissas nunquam reuocauit habenas.
Sed fertur preceps. nec eum retinet timor anceps.
Hic fornax diri flammis ardentis rabiei
Per totum piceas diffuderat aera tedas.
Atque per hunc ignem sanctos excoxit ad unguem.
Et sic aurum. argentum. plus splendet ad igne recoctum.
De feno. et stipula. restant uestigia nulla;

Quod thebei alpes attigerant.

Iam cis alpinas tangens exercitus oras.
Aereas nubes uidet. alpibus inferiores.
Atque niues canas glaciesque stupet solidatas.
Solis ad estiui nullo modo cauma resolui.
Hinc dicas alpes. quasi dicas alta petentes.
Namque per ausoniam tellus non altius usquam.
Intumet; is fines italos et gallica limes.

Certus rura secat. munimen utrimq; ministrat.
Hic ex rē nacte sunt nomen. nempe uocate.
Penine a penis. quas hi quodammodo pennis.
Transuolitauerunt uirtutis, et arte sciderunt
Nature clusas. non ante uiando reclusas.
Cum uelut hesperus inuisa canicula terris.
Aut grauis exardens ut syrius hannibal amens.
Hesperie celo regnauit. tempore longo.
Aut dic penninas. quod protendant quasi pennas;
Aut dic pinninas. quasi producant quasi pinnas;
Hinc appenninū. fortassis rebere dictum.
Altas ut pennas quod tendat in aera pinnas.

Epilogus libri. i.

Dum currens istac. dū discurrens uagus illac.
Longas tendo moras. remorari nescius horas.
Premittit sensim. sequiturq; dies pedetemptī.
Solis ad occursum. mergentis in equore currū.
Festinans; properat. ueniens uenaliter astat.
Componit sceptrū trifidum. de uertice sertū.
Tollit utraq; manu. bis sex gemmis radiatum.
Soluit equos. adaquat. stabulat. currūq; repurgat
Ut sol aurata gemmis & murice strato.
Decubuit lecto curarum fasce remoto.
Pausat et ipse dies. hominū releuando labores;
Equa sorte uices fratrum curando sorores.
Seruit tytani tytanis. noxq; diei.
Nox agitat bigas. reuehat dum mane quadrigas.
Et quid stultus ego faciam. qui sic spaciando
Tantum tardaui. uix callem dimidiaui.;
Alpes non ausim conscendere. sed neq; possim.
Tempore nocturno. faciles uix sole diurno.;

Nam tenebre. nubes. glacies. nix. frigora. rupes.
Terrent intentē. premit horripilatio mentē.
Ergo uelim nolim. consumptis uirib; olim.
Hoc iter ignauus precinctis altius inuoꝝ.
Viuidū faciam. nox offert & michi pausam;
Cedam nam menbris diffido labore solutis.
Iam pes lentescit. nutans suffrago rigescit.
Aret pulmo cauus. grauat ilia sps̄ altus.
Absumpsit sudor. quicquid suci breuis humor.
Indiderat uenis. siccantur & ossa medullis.
Lasescens umbrā. sitiens desiderat undam.
Umbras alarum. fessus deus opto tuarum.
Quero deus fontem. n̄ libetron neq; dircen.
Urās aonie nec delicias aganippe.
Non yppocrenem. musis hi nēpe dicantur.
Hic iocundari solitis uel deliciari.
Psallendo cordis uel uoce. uacando choreis.
Solus inter eas iuuat insanire poetas.
Ipsis nempe suas audent concredere nugas.
Nam pulsu. flatu. uel uocis ab ore boatu.
Que tria sola homini sunt instrumenta canendi.
Hi graue spirantes. carmenq; suū uariantes.
Exametris. elegis. epicis. lyricis quoq; metris.
Nunc eptaptongon pulsant. nunc enneaptongon;
Hinc nil suspirem. nil prorsus hinc ego sperem.
Si suspirarem. non aspirare ualerem;
Coram tam doctis non apparebo poetis.
Pro sensu tenui. qui non aspiro poesi.
Inflat enī tumidas humana scientia buccas.
Edificat. docilesq; facit sapientia mites.
Oris xp̄e tui. qui clamas uoce salubri.

Ad me curruntq; simul omnes confugiuntq;.
Quos curuauit onus. labor aut afflixit anhelus.
Vobis defectis pandam gremium requietis.
Hic nichil aduersi. nichil [hic] est xp̄e pericli.
Te uidisse salus. ad te concurrere potius.
Hic pax. hic requies. nullus uenit aut redit expes.
Qui uero deus fontem. qui fauces. pectora. frontem.
Exhilaret. donet uitam. uiresq; reformet.
Tergat sudorem. tollat minuat ue laborem.
Quem de sub pedibus manare suis facit agnus.
Qui uero deus fontem. qui ditat flumine montē.
Semper inexhaustus. qui corde fideliter haustus.
Viscera p̄ mentis fit fons unde salientis.
In ueram uitam. quē q̄ bibit. haud sitit unq̄m.
Xp̄e meę dabis hunc animę. qui samaritanę.
Inde propinasti. mentisq; uirum rogitasti.
Accìri post quinq; uiros qui p̄sidet unus.
Intellectus hic ē qui sensibus ad bona preest.
Post sensus quinq; sapiat bene q̄ sibi quisq;.
Xp̄e super fontem dignate leuare laborem.
Fons fontem sitiens. uia fessa uiando quiescens.
Supra te fontē uiuum releuabo laborem.
Hinc humor cordi. menbris uigor. & sapor ori.
Paulatim rediet. michi spes tua gr̄a fiet.
Qui nescis euum. sed [ab] euo uiuis in euum.;

Explicit liber p̄m⁹.

Incipit pemium libri Sedi.

Et iam surgendum nobis. iter ē p̄agendum.
Vt matutinus sim. graue cogit opus.
Et quia longa quies. quāuis reparat m̄ uires.
Fit uitii fomes. desidieq; comes.
Cantans horarum gallus. canit ecce mintiom.
Inculcando michi. surge. dicit. abi.
Mane iuuat menbris. celerare uiā requietis.
Dum uegetum corpus. uiuidus est animus.
Omn̄ia mane nouo gaudent torpore soluto.
Hinc iusta grecum dicito mane bonum.
Et quis concentum queat attendisse uolantū.
Quem dant mane nouo gutture tā canulo.
Mille auium species dant uocū mille sonores.
Vno non unos ore aliquando modos.
Alleuiat iste canor. tibi tedia longa uiator.
Fallitur ipse labor cū iuuat iste canor.
Hic senas uoces modulandi discere posses.
Intentas netis siue graues hypatis.
Ergo deum uerum cū laudent om̄ia rerū
Pro captu sensus quem dedit ipse deus.
Nos quoq; laudemus. qui plus laudare ualem⁹.
Quos similes dn̄o mens facit & ratio;
In scīs scm̄ scōrum sanctificare.
Totus corde feror. totus eum ueneror.
Sicq; minus digne. laudare studebo benigne.
Exultabo deo. plus quoq; posse meo.
At dum tam promptus. tā garrulor officiosus.
Nimirum demens dicar. & insipiens.
Exemploq; mide pendente notabor ab aure.
Quod sensus expers. dicar asellus iners.
Et licet m̄ fodiam sub terre rudere culpam.
Detegit in fossam cannula nata notam.
Canna reuelabit nimirum. canna sonabit.
Rudentis pecudis quod noter auriculis;
Qui bene celare uelata fronte pudorem.

Si fugerem nugas notificare meas,
Nunc quia verbosor. revera stultus habebor.
Qui minus arguerer. si nichilum loquerer.
Sic in laude dei possim vel ineptus haberi.
Dum modo non reprobor. vel stolidus reputer.
Virginis o matris fili. sapientia patris.
Qui docuisti asinam que docuit balaam.
Qui facis ut docili pice. vel psitacus ore
Possint humanos articulare sonos.
Qui cantare doces philomenas & corridales.
Monstrans quid possis rebus & in minimis.
Queso moveto mee quantum placet organa lingue.
Ut modico saltem passeris ore sonem.
Iam matutinam causando duximus horam.
Dum loquor. accingor. calceor. expedior;
Tempus abire; viam via vite dirige nostram.
Tu via qua vadam. vitaque quo veniam.
Vos o agaunenses vir pauperculus hospes.
Ad vos tendit iter. vos retinens obiter. l. inde eundum te adeundum.
Sedibus in vestris michi queso viatica detis.
Hic ne deficiam vos dabitis veniam.
Vester vir amor. vestri inquam nominis ardor.
Hoc onus invalidis imposuit scapulis.
Imposuistis onus; fiet portabile pondus.
Et rem difficilem reddet amor facilem.
Si digitum saltem michi porrigat auricularem.
Ultimus ex vestro vel minimus numero.
Vos omnes uni. plures succurrite soli;
Crescet & hinc vestris laudis honor meritis.

Incipit Sextus liber. Quod cesar transitis alpibus venit octodorum.

Montes quos calido madefactos penitus aceto
Perrupit ferro. vim nature faciendo.
Iam pertransierat cesar. secumque trahebat.
Tandem belligeras superatis alpibus alas
Fessos. horroris. pertesos atque laboris.
Tellus hospitiis excepit gallica letis.
Occurrens ultro rodanus cum murmure rauco.
Quanta per apricas his offert gaudia ripas.
Undant cultura. pingui letissima rura.
Vernant & flores per prata. serunt & odores.
Gratia non simplex oculi vel pectoris illex.
Hic invitat eos artus componere fessos.
Nanque pales campis. errabat. gramine silvis.
Deliciis plenus per cunctis amnis amenus.
Hanc delectabat. quo se spatiando lavabat.
Hic erat octhodorum. de longe cernere castrum.
Quod sedunorum tutamen vel veragrorum.
Flumine cum fontis. cum summi culmine montis.
Munitum summas tendebat in aera pinnas.

De contione cesaris apud octodorum.

Quo se cesarea cum maiestate receptans
Sollicitus rebus de summis maximianus.
Causas tractabat. rerum momenta trahebat.
Tesseram proclamat; turmas huc bucina cogat. Tessera ut Renatus dicit principis.
Milite collecto. clamat pro cesare preco.
Omnes huc coeant. & legis federa dicant.
Ius pacis statuant. belli commercia iungant.
Gallorum turbas. has qui movere procellas.
Cuncti debellent. ne qui post ista rebellent.
Hinc omnes sacras date sacramenta per aras.
Ne forsan nobis neglectus religionis.

Diuorum diras quoquomodo mouerit iras.
Iam nunc lustremur sollempniter atque piemur.
Vos genus inuisum nomenque diis inimicum
Tollite de terra placando deos super astra.
Omni penarum commento xpicolarum
Natio dispereat; nec uos miseratio flectat.
Non sit qui parcat. nullus sit qui miserescat.
Non gladiis solis. non armis mors cita solis
Prestetur. lentis tabescant corpora penis.
Qui mortes optant. cum nolunt uiuere uiuant.
Carcer. lora. fames. sartago. fidicula. uectes.
Vngula. plumbate. crux. lammina. testa. catasta.
Et siquid falari grauius boue dure perilli
Fingere quiuisses. nisi taurum primus adisses.
His proponantur; uel cedant. uel patiantur.
Indigetes. manes. summates. diique penates.
Qui presunt uentis. qui quatuor his elementis.
Hos eradicent; pro se dii quique laborent.
Tutelas rerum diuis. rebusque deorum.
Curas non tribuunt. tot mundi numina spernunt;
Cuncta sub unius nescimus quis sit iesus.
Assignando manu. nullo tot numina cultu
Isti dignantur. solum iesum uenerantur.
Nil dicunt manes. nil dicunt esse penates.
Ignis uulcano. iam nulla potentia claudo.
Non iouis est ether. non eius coniugis aer.
Nec ceres has terras. nec tu proserpina curas.
Ne tibi preripiat ihs neptune tridentem.
Qui calcasse tuas sicco pede dicitur undas.
Nulla uel elisiis per eos est gratia campis.
Diuitiisque sui dis ipse carebit auerni.

Iure quidem. quoniam nulli tractabilis umquam
Non est assuetus miseros admittere fletus.
Cum nouus hic ihs pietate per omnia plenus.
Omnibus indulgens uotis. cunctis miserescens.
Defunctis etiam dicatur reddere uitam.
Pluto duritia uincens adamantina saxa
Non potuit flecti lacrimosis cantibus orphei.
Quis tygres. rupes. siluas. flectebat et amnes.
Vt daret euridicis uitam pretium modulanti.
Eumenidum lacrimas sed detestatus inanes.
Intumet et inflecti cunctos timet ipseque flecti.
Vixque renodato parcarum pollice filo.
Munus inane dedit. quod iniqua lege recepit.
Hic indignari solitus nimis. et stomachari.
In diuos. quantas conciuit sepe querelas.
Quod bonus alcides. moderatus non bene uires.
Extraxit baratro. te theseu cum perithoo.
Incursare suos thalamos uiolenter adortos.
Tartareique canis uinxit tria colla catenis.
Alcesteque uicem miserans reuocauit eandem.
Ecce nouum dictu. nec credendum memoratu.
Cantatur ihs nulla mortis uice iesus.
Iratus morti mortis cum principe forti
Erupisse chaos herebi manesque profundos.
Ferratas portas solidoque adamante columnas.
Comminuisse manu patefacto mortis hiatu.
Lucem tartareis subitam monstrasse tenebris.
Collum plutonis duris uinxisse catenis.
Elisiis campis sic fortiter expoliatis;
Decantasse chorum leti peana priorum.
Hoc clarum titulo ihm comitante triumpho.

Surrexisse ferunt. & in euum uiuere credunt.
Huius discipuli fama uirtutis abusi.
Vellent nil reliqui fecisse per omnia dicti.
Cum dicunt animas ad celi limen ituras.
Seque reos cunctis iactant absoluere penis.
Officiis solitis caret omnis curia ditis.
Arescat flegeton. cocitus. styx. & acharon;
Nil sunt eumenides. nil arpieque rapaces.
Tesiphone taceat. pausent allecto. megera.
Dicunt xpicolis quia displiceat furor omnis. agellus
Nullum odisse uolunt. talionem reddere nolunt. i. membrum
Nil cupies ello. rapies ne cupere celeno. i. rapit nil cum pacto talio esto.
Nil est quod celes plumis. aut ungue retentes.
Isti nil rapiunt. non saltem aliena concupiscunt.
Nil praue celant. nil ui. nil fraude retentant.
Qui sua non repetunt si tollas. non tua tollunt.
Quid charon faciet. cui latrans cerberus bisceт.
Xpicole spondent. defuncta quod ossa resurgent.
Fila clothos. lachesisque glomos non rumpet atropos.
Solus nascentes. uiuentes. & morientes.
Ihesus curabit; non fortune rota currit.
Hi nichil in terra dicunt fieri sine causa.
Laudamus semeles natum. quia colunt uites.
De limpha ihesum iactant mutasse lyeum.
Vilis eis auspex horoscopus est & aruspex.
Iam phebi delphos silet. et furiosa sacerdos.
Hi que sunt uel erunt. quecumque fuere scierunt.
Describunt tempus. quod homo uidit puto nullus.
Extremumque diem iam cantant planius idem.
Quid iam peonias esculapius legat herbas.
Quodque his ypolitus de morte etiam reuocatus
Sit quis miretur. mors ipsa per hos aboletur.
Egra non herbis sed curant corpora uerbis.
Nunc si quas artes. prestigia si qua parares.
Fors caderes stilbon. ut lapsus ab arte symon.
Ingemuit sero certasse deo nazareno;
Nil artis fore uim magieque dolens apodixim.
Herculeas uires. ah. forte trementi neque mures.
Xpicole xpistum cantant cum principe mundum.
Nullus audito secius uicisse trophæo.
Sordet eis mater berecinthia puluis ut ater.
Numquam rugosam matrem. numquam maculosam.
Ecclesiam fingunt. quam turritam sibi pingunt.
Cumque suum ihesum credant de uirgine natum.
Non credunt nostrum martem sine semine natum.
Esse uiri. per se iunone deum pariente.
Temporis aut cursus anni mensisque recursus.
Credimus incassum moderari posse saturnum.
Quem fingunt falso dextra gestare draconem.
Flammiuomum caudeque sue postrema uorantem.
Anni qui numerum. greco. T. E. Z. (ccc.v.lx.) nomine signet.
Falso inquam. uerum si dicitur. hunc galileum.
Principioque & fine carentem temporis omni
Vt pote seclorum regem regnare per euum
Qui uice concordi discordia tempora nectit.
Nos iouis aut martis clipeus uel palladis egis.
De ceruice iouis nate. diuumque deique;
Iam non tutantur. quia iam non rite coluntur.
Et uiuunt isti. per quos o summa peristi
Rerum. tantorum periet cultura deorum.
Vnus non plures. num solus uicerit omnes.
Non hoc diuales patiamur. uosque quirites.

Stet romanorum jus legum. xp̄icolarum
Dispereat nouitas. pereat ne sc̄a uetustas.
Nuncaris scīs cumulentur. thus. mola. sanguis.
Cesaris edictis ne quisquam derogeť istis.
hinc omnes sacras date sacramenta per aras;

Quod agaunū legio diuerterit.

Auspicio legio felici preduce xp̄o.
Linquens octodorum. tendit properanter agaunum
Distat ab octodoro quod tantum milibus octo.
hic angustatus rhodanus saxisque rotatus.
Leuia non lentis contorquet agauna fluentis.
Saxa sua lingua nam dicit gallus agauna.
hinc locus ipse datum sibi nomen seruat agaunū.
Quod nequid in latum diffundi. crescit in altum.
Preruptis ripe celoque minantibus alte.
Rupibus obstabant. & eos transire uetabant.
Attemptare uadum. uis hic dissuadet aquarū.
his sita spes in spe; constrato nec mora ponte.
Transduxere suas nullo discrimine turmas.
Hic in secessu naturalique recessu.
Pascuus. irriguus. proplanus. opacus. amenus.
Cespite non grandis ager. ubere fertilis amnis.
Celitus offertur scīs. propriusque dicatur.
Tessalie tempe. rentur sibi reddita; nempe.
Post frigus. salebras. post tesqua. uiasque niuosas.
Gaudebant grandes requie mutare labores.
Tandem tantorum requies ibi certa laborum;

De laude agauni .:

O quam te faustum mundus proclamat agaunū.
Quis cultus digne. que te reuerentia digne.
Commendet. tantos meritū uidisse triumphos.

Tales municipes. tales uigiles. tot heriles.
Prouenisse tibi tutores munere xp̄i
Belge cum celta. gratantur. & ipsa comata.
Non urbes alique sc̄orum pignere fulte.
Se tibi pretulerint. uix equato pede possint
Se conferre tibi. non laus tua plance minaci.
Lucida lugdunus. preclara uienna. sedunus.
Non cabellonis. auennion. aut arelatis.
Ostia que seruat rhodanus thetim quibus intrat.
Denique non omnes rodan̄ [qua] [illegible] alluit urbes.
Vix omnes urbes. quas nutrit gallia diues.
Quamuis martiriis decoretur gallia multis.

Responsio legionis ad mandata cesaris.

Auissis descire suis animos legionis.
Cesar ut audiuit. littores nec mora mittit.
Nuntia qui portent edictaque regia monstrent.
Scilicet octodorum redeant. cultusque deorum
Thurificando probent. parili se federe iurent.
Cedere xp̄icolas. & debellare bagaudas;
Illi quis animam concordia fecerat unam
Affectus animi produnt. affamine miti
Diount maiores. & consensere minores; **Oratio**

Non tam pigra suis requieuit fama sub alis.
Quin ad nos rapidas direxerit huc quoque pennas.
Enarrans facienda. neganda. loquenda. silenda.
Ne nos imbelles tu credas esse satelles.
A nobis audi referas quod cesaris auri
Non timidi pugnas diffugimus; ecce bagaudas
Corde sub unanimi sumus expugnare parati.
Viribus aut animis quis discredat legionis.
Quoquo nos ducat cesar. quocumque reducat.

Secum uincendum nobis aut commoriendum
Ad debellandum tantummodo christicolarum
Nomen non uestras permittemus sibi dextras.
Nos cesar uere nos christicolas sciat esse.
Idola non colimus. nos hec coluisse dolemus.
Nos uestri miseret. colitis quia numina tedet.
Et nos iste timor. nos hic seduxerat error.
Sed pia lux oculos tersit glaucomate nostros.
Vidimus errores. errorum quippe colores.
Detexit nobis deus. o utinam quoque uobis.
Quis nobis terror poterit suadere uel error
Hos ut miremur proh. proque deo ueneremur.
Quos fallax pietas. aut inmoderata potestas.
Ornauit titulis. ipsis titulauit et aris.
Stulti dum caros sic credunt perpetuandos.
Si spargant famam per uani nominis auram
Multum dedecorant. quos eternare laborant.
Turpia dum memorant uel facta pudenda colorant;
Error ad errorem. color additus adque colorem.
Accessit fame; pictores atque poete.
Quidlibet audendi quibus est permissa potestas.
Non bona falsantes. sed feda colore tergentes.
Decipiunt hebetes falsis. hebetantque uidentes.
Carmina dum mentem. mulcent oculumque colores.
Dum sculptor pingit. dum scriptor inania fingit.
Stultus homo quis sit deus. ipse quid est quia nescit.
Credit quod cernit. bene si credat male cernit.
Proh. brutos homines. rationis honore carentes.
Fors non ex ade generatos carne uel eue.
Quos sibi consimiles instarque suum referentes.
Ditauit plane plastes spiramine uite.

Sed natos saxis pyrre uel deucalionis.
Siue prometheo si fas est ludere limo.
Igne parum fotos furtiuo. uixque calefactos.
Et pauper plastes. fors mendicans pecuales.
Sensus unde suam sibi componat figulinam.
Pandore cordi cor inspirauit aselli.
Ex hoc pandoram. sic prometheus tuus adam
Appellabatur. hebetudo asinina moratur.
Nunc quoque segnicies eadem uos tardat inertes.
Aut si figmentis uestris intendere uultis.
Fors neque plasmauit neque furto uos animauit.
Ipse prometheus. sed finxit uos epimetheus.
De peiore luto. qui peior fratre prometheo.
Furtum celestis non aspirauit ad ignis;
Hinc quos compegit quia uiuificare nequiuit.
Dum luteis menbris uiui nichil indidit ignis.
Siuit abire pigros. male cordatos. male sanos.
Hoc uos tam segnes. hoc tam facit esse socordes.
Reuera segnes. reuera mentis egentes.
Qui uos defunctis uiuentes subiciatis.
Cur insensatis sensus. cur non animantis.
Ah. uitas animas commendetis moderandas.
Credemusne iouem celestibus imperitantem.
Cum patre cum patruis. cum fratribus atque sobrinis.
Cum tot natorum. tot centuriisque nepotum.
His compartiri diuisa negotia mundi.
Bellorum sortem remur disponere martem.
Ignem uulcanus. mare temperat ennosigeus.
Infernum pluto. uerum diuinat apollo.
Farra ceres. bacchus uites. ortosque priapus.
Curat pastores tu pan. fures iuuat hermes.

At venerem vestam iunonē siue mineruā.
Appellare deas sanxit que stulta uetustas.
Vobis naiades tot erunt quot eunt quoque fontes.
Et tot amadriades pendent quot in arbore frondes.
Quo tam multorum tam nomina multa deorū.
Est deus est unus nec nominis indiget unus;
Omnia qui solus fecit regit omnia solus;
Hunc nos hunc unum solū trinū sed et unū
Personis trinum vera deitate sed unum
b Credimus esse deum dn̄m super omnia uerū.
Corde patris natus sine tempore virgine natus
a Hic miserans hominē mortis multā patientem
Tempore temptatus crucifixus et inde sepultus.
Carne resurrexit carnem sup astra reuexit.
Qui primo mundū purgauit per cataclismū.
Ipse per epyrosim (.i. incend' ignis) secli iudex erit olim.
Iamque redi lictor legionis dicta fatetor.
Nos xp̄m credimus nec iam simulacra colemus (.i. colimus).
Offerimus dextras ad prelia iusta paratas.
Xp̄i cultores non cedemus uelut hostes.
Verba mine pene nos hinc queunt remouere;

De motu cesaris in legionem.

Cesar responsis indignatus legionis
Ad cotem cordis stimulos acuendo furoris.
Suffusus multum uiroso sanguine uultū.
Euomuit motus ira dictante locutus.
Quis nouus iste furor que tanta rebellio rumor
Quam fedus totam complebit roma suburam;
Cesaris imperiis miles parere rebellis.
Spernit parendique sibi michi precipiendi
Ipse modum statuit non sic lex publica sanxit.

Nec satis hoc; ueterem diuorum religionē.
Acriter impugnant diuisque michique repugnant.
Quam pudet; o mores o tempora uos modo leges.
Defensate piis uos et pia numina scitis;
Quid cycero censes hosti damnare rebelles.
Omnes censores et uos apello catones.
Dicite que ueterum fiet hinc sententia patrū.
Omnes censebunt puto fas et iura iubebunt.
Ut decumana uiros emittat porta rebelles. Decuma erat porta castro(rum)
Atque reos maiestatis mors pessima perdat. qua rei educebant(ur) ad mort(em)
Maiores nr̄i nunquam indulsere rebelli
Patres nec caris tunc norant parcere natis.
Si non parerent patrib; patriamque pararent.
Num brutus; Scaurus Torquatus cassius Aulus.
Uiuere siuerunt natos tibi roma rebelles.
Cultus diuorum nec quisquā spreuerat horū.
Esto procul pietas et adesto seuera potestas.
Non solide pietas coit atque seuera potestas.
Sint molles matres uirtus decet inclita patres.
Fortes ita decet patientes uiuere tedet.
Reges contemni pietas facit ira timeri
An quia tam multi peccant spernemus inulti.
Iustitie grauitas uetat hoc uel legis honestas,
Cum peccant multi ne dimittantur inulti
Obicit exemplū grauitas romana sequendū
Olim rex pyrrus quē magna tremebat epyrus.
Armis terrebat partes quas roma regebat;
Hac belli fama legio conterrita nr̄a
Proh pudor hec urbem tutabatur reginensē.
Occidit ciues om̄s penitus reginenses.
Grande nefas ausi capta sunt urbe potiti

Nomin inpugne; sua mox armis urbe recepta.
Tunc dedit exemplū. nunc nobis roma sequendū.
Integre summā legionis dinumeratam.
Romam deducunt. damnant. uirgis quoq; cedunt.
Et miserante foro. spectacula turpia toto.
Concidunt hebetes prauorū colla secures.
Inferias quales uobis dedimus regnenses.
Roma seuera suas tunc spectans carnificinas.
Horruit ipsa reor. doluit credo. tamen ardor
Censure pietatem post habuit grauitati.
Consulte; putres tua dextra chirurgice carnes
Cum secat. aut urit. corpus dolor omne perurit.
Sed prestat fibras. precidere corporis egras.
Ne totum corpus. possit perrepere uirus.
Et nunc horrebit reor. & nunc credo dolebit.
Nam nec erunt belli nobis dispendia tanti.
Ut non censure laxemus frena seuerę;
I cursim miles. propera michi fide satelles.
Me mecumq; meos armis ulciscere diuos.
Sed teneat partes aliquas [modo] miseratio; temptes
Primo si sapiunt melius; si non resipiscunt.
Digestos numera. decimū mucrone trucida.
Ut mors paucorum. sit forte salus aliorum.;

De thebeis decimatis

Lictor festinans. crudelia nuntia portans.
Prefert terroris causas. artasq; furoris.
O quam mirarer. quā mirans illacrimarer.
O quantum fleres. pectus tundendo doleres.
Aspiciendo piorum sc̄is creuisse tumultum.
Semper concordes hic discordare uolentes.
Ut decimus ueniat dū quisq; laborat & optat.

Ecce trucidandi quos ordo dabat numerandi.
Astant gaudentes. carisq; ualefacientes.
Uadite felices. clamat merendo superstes.
Uadite securi. nos quando sequemur ituri.
Xp̄e sacerdotum. summas & sūma sacrorum.
En tibi de preda de septo fortis ab acta.
Mauricius magnus campi doctorq; beatus.
Primitias gratas mittunt decimasq; sacratas.
Pluris primitiis quas uictis madianitis.
Sacrarunt moyses tibi sacrificusq; finees.
Pluris & his quondam quas melchisedech dedit abrā.

De constantia martirū per sc̄m mauricium hortatū.

Imbutus lictor sc̄orum sanguine primo.
Cesaris ex uerbis mandat reliquis legionis
Octodorum redeant. regis mandata facessant.
Instant iniusti testes corrumpere xp̄i
Aspera proponunt. sed eos non aspera frangunt.
Dulcibus hos mulcent. nec eis hec dulcia dulcent.
Qualis erat facies ibi rerum, cernere quires.
Omnia misceri uarioq; fragore moueri.
Hinc furor hinc pietas. hinc turpi pugnat honestas.
Impius hicq; pio confusus & equus iniquo.
Hinc lupus hinc & oues. hinc agnus & inde leones.
Inter tam uarium discrimen deniq; rerum.
Ut firmamentū peplo noctis tenebratum.
Stelle collustrant. noctiq; micando repugnant
Sic inter uras o gens odiosa tenebras.
Splendent thebei ceu lucida lumina celi
Uincit eos omnis uelut ignes luna minores.
Sidus sc̄e tuum mauricii lux aliorum.
Luce micando dei ceu phebe lampade phebi
Signifer et nr̄ ceu lucifer ignea pulcher.

Sidera precedens, pre se redeuntia ducens.
Quot radios iecit, quantum radiis iubar egit;
Quales ire uides ramosa fronte minantes.
Hos precedentes, hos ordine pone sequentes.
Ceruos ueloces cursu, serpentibus hostes.
Nam serpentibus satiant sua menbra uenenis.
Et superant haustum mox hausto fonte uenenum.
At cum turmatim coguntur tranare per amnem.
Tum uero laudes animos in amore calentes.
Ut precedentes sustentent clune sequentes.
Pondera ne capitum delassent menbra natantum.
Tales hi sancti bene ceruis equiperandis.
Ad bona ueloces, contraque uenena feroces.
Callent in propriam mutare uenena salutem.
In uiui uena fontis subigendo uenena.
Horum porro duces celo capita alta ferentes.
Quam pie precedunt, exempla sequentibus edunt.
Maiorem mores sectati pone minores. Alter in alterius sustentant corpora corpus
Alter in alterius sustentant pectore pectus.
Sic tranant mundum tanquam mortale profundum.
Mauricius principes pro pace sua gregis anceps.
Hisque timens aliquam confusio tanta ruinam.
Se conferret eis, ut oues secernit ab hedis.
Tactus et ipse tuo mentem pie spiritus oestro.
Uoce uiro digna declamauit duce digna.
Instilla guttam mellis pie spiritus unam.
Ne liquor iste nouus de puro uase refusus.
Uasis amarescat uitio, uel forsan acescat.
Uas incrustatum corrumpit dulce falernum.

Oratio sancti Mauricii.

Uos ait insignes mea maxima cura quirites.
Orator uirtutum uestre, uestreque salutis

42

Anchora quos fidei, clauusque spei requiei
Ad portum duxit, tam secure stabiliuit
Ut non uarium grando non turbo minarum
Fulmina plagarum, uel flumina blanditiarum.
A portu uere uite quierint remouere.
Et tam securam naui tollente saburam.
Que metuebatis iam tuti despiciatis.
Quam timui uobis scitis timui quoque uestris.
Ne uos aut ipsi ui titillante pericli.
Quod licet armatis & quod bene uos poteratis
Uelletis gladios, gladiis opponere uestros.
Quod siquis uestri uoluisset uiribus uti.
Huic euangelici tolsissent missile uerbi
Quo uictor mortis calidam petri male fortis.
Perculsit mentem, uagina condidit ensem.
Nanque probando fidem, uanum reprobando furorem.
Ita facessat ait, melius patientia uincit.
Qui gladio ferit, gladii mucrone peribit.
Non opus exemplis; exemplum uos magis estis.
Quos facit fides esse fortes patientia mites.
Uosque fides ad spem, spes erigit ad caritatem.
Plena foras omnem caritas mittendo timorem.
Ad celum geminis nisos uos subleuat alis.
Primo nempe deum, post rite colendo proximum
Uos socios uestros decima sub sorte uocatos.
Qualiter armastis quibus hos uerbis animastis.
Uos quia seruastis ciues, per flammam duplicastis.
Ciuilis quercus meriti per secula pignus.
Seruati ciuis laus querna coronula ciuis.
Cum cirros ambit, quis non laudem sibi pangit.
Hoc magni nobis fuerat, magni quoque uobis.
Et modo sit nobis magni, magni quoque uobis.

Vos meritos munus celestis municipatus.
Pluris populea uitta palmaque togata.
Donabo palma, quam lux michi preparat alma.
Nil rude, nil durum, nil hortor inire nouellum.
Hortor adire uiam pedibus patrum bene tritam;
Que modo proferimus, que uos tolerare monemus.
Sic est creta fides, tulerunt eadem quia patres.
Hactenus in sacris nam legimus edita libris.
Ante datam legem, sub lege, euangelioque.
Hec uia martyrii iam dudum innotuit orbi
Ante datam legem cesum mirabar abelem.
Isaac etiam genitor mactasset ad aram.
Angelus e celo sed iussi parcere nato;
Ut naturalem semouit lex data legem.
Hic etiam uideas in agone stetisse prophetas.
Paulus ait sanctos probra, uerbera, uincula passos.
Sectos, temptatos, gladiis cesos, lapidatos.
Isaiam sectum, caput amos uecte foratum.
Uincla lacumque lutumque famem lapides iheremie.
Legimus et uatem iugulatum iezechielem.
Seruauit pueros fornax chaldaica puros.
Et machabeorum de nomine discite pugnas.
Nec te zacharia templum protexit et ara
Scitis et infantes cesos ab herode; Iohannes
Qui stetit in biuio legis rudis atque uetuste.
Cum capite est plexus, christo est crescente minutus.
Ut promissa satis patuit data gratia gratis.
Et calicem uite moriendo bibit deus ipse.
Quis numeret pugnas, pugnatorumque coronas.
Passio quos decorat, uel quos confessio sacrat.
Hunc sane numerum solus sine fine dierum
Scit, qui scit solida quot secum sorte steterunt.

Ordinis angelici, satana labente rebelli
Quos qui fecit adam, propter decadam reparandam.
Iam tunc de nobis dispensarat geminandos
Cum statuit primum per adam saluare secundum;
Cum non de nobis sors decime legionis
Restauranda foret si non adam cecidisset.
Hunc ibi quot stabili mansere fide solidati
Ter tribus ordinibus distincti tot rediemus.
Unde satan primo cecidit, post expulit et nos.
Hisque ipsis et nos gradibus scandemus ad illos.
Pro uariis meritis equales scilicet illis.
Legimus hactenus hec, audiuimus hactenus ista.
Sanctorum tanti recitantur in orbe triumphi;
Hic uideo fieri coram que facta legebam.
Dicite prudentes, decernite queso quirites.
Auriculis oculis ne fides est certior istis.
Segniter irritent alios demissa per aurem.
Me moueant oculis subiecta fideliter iste;
Auditis alii credant, oculis ego credam.
En michi quos imiter, sunt presto quos bene mirer.
Stigmata palpamus, sanctoque cruore mademus
Pignus amoris habes, rorant tibi sanguine uestes.
Sanctos tractamus socios, et adhuc dubitamus.
Pro uera miseram uita disperdere uitam.
Non pensare uacet quid nam sententia dictet
Regis nature qui consors est michi iure.
Rex quamuis terre, tamen est mortalis et ipse. O miseros reges quos inuenit ut utres.
O miseros reges, qui ceu mirmicoleones.
Puluere squalentes et operta fraude latentes;
Christi nos humiles uerbi pia grana legentes.
Tanquam formicas farris granis oneratas.
Excipiunt, fraudant, predantur, et ore trucidant.

Ut qui predaris. predonum preda pararis.
Tu leo formicis. avibus formicula fies.
Ad molem celi tanto torno camerati.
Ambitus iste soli tenet instar si modo puncti.
Si quis probabiliter ducto radio geometres.
Disputat hinc quartam vix a nobis habitatam.
Qui sunt qui terre iactant se regna tenere:
In puncto puncti que tanta superbia regni
Ut Christi leges hi temptent tollere reges:
Rex etiam regum. sedes inquit mea celum.
Terra pedum scamnum. Sic rex residens dominatum.
Pondere mensura numero moderando creata
Hos celos palmo metitur. et equora pugno.
Appenditque tribus digitis tua pondera tellus.
In trutina colles librans. in pondere montes.
Vos hoc in scamno serviliter imperitando.
Qui pernoctatis regis velut excubitores.
Tam magno celi vos velle resistere regi
Est error grandis. nimiumque tirannis inanis.
Quid possint reges. dicant modo Christi leges.
Me contra reges contra regum quoque leges.
Quam forti texit clipeo. qui sic michi dixit.
Rex solum corpus vexans non sit metuendus.
Sed qui dat penam menbris. animeque gehennam.
Quid possint reges. fornax probat atque leones.
Flamme tyrones. daniel timuere leones.
Huncque bis expositum bis noluit reddere vivum.
Commemini tibi me res publica supposuisse.
Militieque tue me sacramenta dedisse.
Ut rerum damno carnis viteque periclo.
Te defensarem. tua commoda roma pararem.

Et quis celorum tunc spondebat michi regnum.
Quod conducebat. quid tunc sperare licebat.
Res mala peior spes. sine fine timere labores.
Postremo penam mortis post cuncta gehennam.
Ad conregnandum. rex invitat dominantum.
Et stamus segnes. cur non per tela per ignes.
Currimus ad regnum. nobis sine fine paratum.
En illos eia. quos iam premisimus. eia.
Nos confortantes videoque videre vocantes.
Quas gestant palmas. quales in fronte coronas.
Nix candere stolas stupet agni in sanguine lotas.
Non intellectus. non auditus neque visus.
Compensare valet. quid eis mercedis abundet.
Gaudia. vita. quies. lux. gratia. gloria perpes.
Sufficienter adest. nichil illis credite deest.
Quod cor oblectet. quod felix spiritus optet.
Nos differre dolent mortem. se vivere gaudent.
In vera vita. vite pretio sibi parta.
Ardeo martyrium. delector iure triumphum.
Me tante ne more suspendent. clamat in ore.
Paulus; dissolui cupio. Christo volo iungi.
Currite. precurro. sequitor commilito. curro.
Corpora vilescant. nec mortem corda pavescant.
Quid si nos superent modo galli. nosque trucident.
Que spes martyrii nobis. que pompa triumphi.
Hic spes esse potest. cupias quodcumque necesse est.
Hic spes martyrii nobis. hic pompa triumphi
Multum tardamus. non plus tempus redimamus.
Cur non mandamus regi quid corde feramus.
Has iterum voces audi funeste satelles.
Nos militiam non detrectamus neque vitam.
Servamus nobis turpi formidine mortis.

Arguat an quiuis nos false proditionis.
Que solet in magnis obrepere sepe periclis.
Non frangit nr̄as mala desperatio mentes.
Quas per bella tibi uictoria sepe dicasti.
Absit ut adoremus diuos. xp̄mq; negemus.
Xp̄icolasq; pios nobis facias inimicos;
Non extorquebis suadelis. sed neq; penis.
Nos an de nr̄is terrere putes decimatis.
Cui dedimus decimas. leti quoq; dabimus nonas.
Postremo promptos occūbere percute cunctos
Corpora cesareis omnes deuouimus aris.
Felices animas xp̄o sine fine beandas;

De thebeis sc̄do decimatis.

Talibus orabat scs. sanctosq; uocabat.
Ad bona ppetue non pfunctoria uite;
Quis sillogismis dilemmate siue soritis
Rethor et orator dialecticus atq; soritor.
In dicendo bonus. in persuadendo peritus.
Sic auditorum compungat corda suorum.
Ut tu mauricii perstare tuos monuisti.
Non sic spartanos in belli pene subactos.
Tyrreus compositis modulati carminis odis.
Mouit & exacuit. tepidos recalere coegit.
Vel spem uincendi uel amorem dans moriendi
Nocti uoce ducis. tenebrose tempora lucis.
Despiciunt omnes. tedet mortaliter omnes.
Uiuere. fitq; mori uolupe. iam lumen oriri
Spe certa cupiunt quod non tenebre uiolabunt.
Miles it octodorum mandata referre uirorum
Aures hoc acido perfusus cesar aceto.
Obstupet horrescens. totusq; furore tremiscens.

Miles clamat abi. non parentes michi primi.
Regia maiestas sed adhuc moderetur habenas
Hortator faueant michi. sicq; sui miserescant.
Effera si tantus preduret pectora callus.
Ut parere michi nolunt. sibi nec miserere.
Ut primo decimos. sic nunc occidito nonos.
Sic perterreto reliquos rursusq; moneto.
Ut uel sero sibi post damna uelint misereri
Nec mora preceptis; nolunt desistere ceptis.
Thebei morulas exosi tam sibi longas.
Utq; prius decimos sic dinumerant modo nonos.
Hos precursores pia stigmata xp̄e ferentes.
Lectos ex aliis gaudent premittere celis.
Qui mox uenturis metentur castra cateruis
Duri carnifices iterata cede madentes.
Rursus ut octodorum redeant irasq; deorum.
Placent libando. mandant reliq̄s mintando.

De hortatu sc̄i exuperii.

Nunc quid exuperius succlamauerit almus.
Sp̄s alme doce; nr̄a non talia uoce.
Uerba sonare uolunt. bona dici n̄ bene nolunt.
Hic que dixisti. doceamur que docuisti.
Te primicerius primipilarius almus.
Te tua uerba suo senserunt ore loquendo.
Horum corda tuus modulans ut organa pulsus.
Implestiq; duas uno tunc ore cicutas.
Dissona multorum. qui plectrum corda p unum.
Ut cytharas uarias callens intendere cordas.
Dissimiles pulsus similes facis edere cantus.
Hic exuperius diuino robore fisus
Correptis signis inuincibilis legionis

Diuinas uoces humano reddidit ore.

Oratio Sc̄i Exuperii

Armatum telis me tollere signa uidetis.
Vos quibus ante ibam. uobiscū bella subibam.
Que uires uobis reparabant. gaudia nobis.
Cum super hanc aquilam uictoria stare putabā.
Te quatiendo tuas nobis certantibus alas.
Monstrantē palmas nobis pulchrasq; coronas.
Hec modo ferre pudet. gestasse diu modo tedet.
Quo michi romuleos pro signo ferre maniplos.
Penites auratas iouialis & alitis alas.
Has gestasse manus. uani monumenta reatus.
Numquid uera putes. quod bellatrix iouis ales.
Que spem regnandi regi portenderit ipsi.
Pro ioue bellando. bellanti fulmina dando.
Celo tytannem deiecto. uel ganimedem.
Vnguibus abreptum iouis asportauit ad usū.
Ante draconiferum me dici. rebor honestum.
Me campigenium uocitari. sit michi pulchrū.
[paren] Tanquam militibus pudet ista retexere uirtus
Accrescit [a] genii. uirtute mea generati [thesis].
Cum bene per campum disponere gestio bellum.
Absint o comites. absint hec uana quirites.
Nunc aliis bellis. aliis signis modo telis
Nunc aliis. aliis utendum uiribus illis.
Quos ad regna uocat. quos palma perpete donat.
Rex summus sabaoth. p quē perit ille behemoth.
Tam uehemens. uiolens. uel leuiathan nimis ingens.
En uexilla crucis; sunt frontibus ista choruscis.
Signa; micant, in dextris, tutis arma salutis.
Sp̄s en gladium donat. patientia scutum.

Multis missilibus nos armat plurima uirtus.
His bellate precor. his fidite fortiter hortor.
His nos aereas iam debellasse cateruas.
His nos nequitie celestis diripuisse.
Castra recordamur; quid restat. q̄d remoramur.
Excidit his animis o pugnax miles in armis.
Esse mori pulchrum. pretium captate laborum.
Extremaq; manum bellis imponite mecum.
Proiciant urē feralia spicula dextre.
Primus proicio, clipeos deponite. pono;
His pro uexillis mortis. uexilla salutis
Sunt gestanda michi. clauso certamine belli.
Cum iam uictrices aquile referentur ad arces.
Hunc exuperium meliori scemate urm̄.
Non iam signiferum belli sed pacis alumnū.
Cernetis uero pacis uexilla tenere;
Coram rege meo uos nomine quenq; ciebo;
Vrōs sudores replicans ibi regis ad aures.
Vos singillatim laudabo. notabo uiritim.
Vt dentur uobis palmaria digna laboris.
Hactenus incentor pugne fueram. repetitor
Nunc mercedis ero. non uobis non m̄i deero.
Ecce subarrastis celorum gaudia uobis.
Obsidibusq; datis pactum uite pepigistis.
Que lux. que requies. que gl̄a. quantaq; merces.
Obsidibus uris ibi sit de munere regis.
His qui tanta dedit. nobisq; dabit. patefecit
Verbis mauricii celis iam mente propinqui
Inuidet hic omnes o desperatio partes.
Virtus nr̄a tibi que nescia cedere morti
Scit sperando mori. non desperando resolui.

Si gladios gladiis si scuta repellere scutis.
Velletis dextris credo uictoria nris.
Annueret laudis titulos brauiumque salutis.
Nobiscum dns uirtutum brachia nudis.
Hostis habet carnis, carnis confisus in armis.
Confisus dno quisquis confusus in ullo.
Scimus sansonem leonem manibus lacerasse.
Milleque mandibula strauisse uiros asinina.
Multos uiuentem multo plures morientem.
Prostrauisse dei fultum uirtute potenti.
Vires diuinas gemit hibrida nempe golias.
Dum pueri funda cadit icta superbia summa.
Ligni uermiculus dauid rex ipse tenellus.
Vrsos informes catulos forteque leones.
Exterreto pede solutusque necare lacerto.
Bis quadringentos strauit pugnans inimicos.
Accedunt fidei uireque spei machabei
Experti rebus quid possit uiuida uirtus.
Sic uos non mortem non formidabitis hostem.
Martyrii si nos nequaquam nomine dignos.
Xpc censeret, gladios credo remoueret.
A iugulis nris uiresque repelleret hostis.
Quid primogenita taneos paterentur et ipsi
Aut ut per moysen tunc inuolui mare cheneren
Utque dathan abiron chore tunc preter aaron
Deglutiuit humus uiuosque recepit auernus.
Sic nos ulciscens te maximiane dehiscens.
Deglutiret humus maris aut sorberet abyssus.
Angelus aut dni dni gladio scutus ita.
Qualis in assyrios talis seuiret in istos,
Lucifer et crucifer nobis duo pocula nra.

Offert martyrii tu gratus utrumlibet hauri.
Hoc defecato uino rubet et bene passo.
Hoc madet a mimi uitreo dulcore liei.
Sanguine dextra rubet, leua confessio dulcet.
Iam nobis illud placuit, decoctius illud.
Nunc attemptemus nectar tam dulce probemus.
Hoc omnes abiget curas, hoc me michi reddet.
Siquid forte dolet penitus, penitus mi tollet.
Hoc geminem uitis quod se xpc mera uitis
Dixit nobiscum patris in regno bibiturum.
Cur ego uos onero uerborum sirmate. cerno
Cerno molestari uos et mea uerba grauari.
Est animo cupido pia maturanda cupido.
Rumpite rumpo moras; patrie curram ad oras.
Certi curremus. sum certus quo ueniemus.
Non sic pugnandum. cedamus ut aera tantum.
Dicite que dicam. que dicitis ipseque dicam.
Ex nris uerbis. hec auri nuntio regis.
Vosque meis uerbis. hec auri dicite regis.
Asto quidem miles cesar tuus. asto satelles.
Nri zelotis quem uiribus ambio totis.
Tu longi nobis das donatiua laboris.
Ille salutis opem prestat ueramque salutem. [quiete]
Illi debemus latriam. latriam sibi demus.
Et tibi debemus duliam. duliam tibi demus.
Debita cesar habes. cur inuideas homo partes.
Quas debemus ei qui torquet sidera celi.
Qui nos formauit. deformatos reparauit.
Teque uelis nolis fecit. qui te quoque donis
Ditaret uite. si uelles credere uite.
Hoc cesar solo. rex hoc disconuenit uno

Inter nos & te. quod ei supponere recte.
Te non horremus. nec thura diis adolemus.
In scisq; deum non persequimur sed amamus.
Non hanc ex animis radicem uellere nr̄is.
Mortis formido poterit. uite q; cupido.
Irā tue legis sunt subdita corpora penis.
Nunc debachator. grassator & exagitator.
In nos tormentis. furias simul exige mentis.
Discice. dilapida. lacera. dissolue. trucida.
Hoc canis atq; lupus poterit leo. tygris & ursus.
Nobis horrores hi uilent atq; dolores.
His iocundamur. gaudemus si patiamur.
Deuotos cernes morti. sternemur inermes.
Dat paulus nobis obliuia grata doloris.
Nos animans ueris ad amanda perhennia uerbis.
Mundi condigne non sunt existimo pene.
Ad spem quam uere supplebit gl̄a uite;

Qualiter omnēs ardore martirii flagrabant.

Hec exuperius legionis signifer almus.
De libro uite recitauerat ore rotundo.
Que calamos in mente patris sapientia tinguens.
Scripsit. & huic per te transmisit sp̄s alme.
Parma prologii scōs consuete tueri;
Omnes ore fauent. iubilanti pectore gaudent.
Atq; duces ipsos diuinius ore locutos.
Cuncti mirantur. letanter eos imitantur.
Nam nec uox hominem resonare putatur; & idem
Non est uultus eis. iam quadam luce refusis.
Sicut cornutum dn̄i presentia uultum.
Reddiderat moysi uenientis ab arce synai.
Sic uultus horum cupientū regna polorum.

Lucis uicine iubar anticipabat inire.
Omnes famose concepto mortis amore.
Tanquam scintille ferri candentis ab igne.
Fabrorum manibus quod cudit & expolit incus.
Passim resplendent. flammis uiuacibus ardent.
Carne solo stantes. sed corde polum speculantes
Utq;re flagrabant animis. sic ore flagrabant.
Ut per candorem christalli iuncta ruborem.
Purpura transmittit. candorq; rubore iuuatur.
Sic per candorem mentis flammare ruborem:
Martyrii uideas dat uultus mentis ideas;

Epilogus libri Sc̄di.

Ad cenam tardus limax a rege uocatus.
Distans mensura stadii mandantis ab aula.
Accelerando uiam sollers tendebat ad aulam.
In celerando modus. pedis uncia quotq; dieb;.
Meta uiantis erat. studium spes longa mouebat.
Passus quinq; pedes. bis sex habet unciolas pes.
Ergo metitur sexagies uncia passum.
Quinquies in stadio uiginti quinq; tenet.
Passus. unciolas quingentas milia septem;
Sic plus uicenis annis in eundo peractis
Tandem contigerat. regem limenq; uidebat.
Iam placet ipse sibi. iam quis putat ipse uideri.
Cornibus elatis. et totas sedulitatis.
Uires expendens. transcendere limina tendens
Trans limen cecidit preceps. & cornua lesit.
Hic mutilus secum gemit. irreparabile damnū
Quando satis menti festinatur cupienti.
Heu quid ait misero uolui michi. fabula seclo
Factus et exemplum generis pudor et in n̄o sū.

Cur erat ah. frustra michi festinatio tanta.
Prestabat morulis tempus deducere longis.
Quisquis habere modum nescis. patiere periclum
Hac egomet mecum compellor imagine rerum.
Victo materies succumbere sentio vires.
Prestat metiri vires quam materiei.
Cedere. sepe more precium dilatio prestat.
Prestat habere modum. quam plangere sero periclum.
Istic ergo libri claudatur seda secundi
Donec sancte tuo michi cor afflante susurro.
Spiritus inspires scribenda. stilumque regires
Ut melius formet de thebeis quod oportet;

Explicit lib. secundus. Proemium libri tercii.

Nos ad martyrium thebeorum memorandum.
Instans causa vocat. lingua pavens trepidat.
Iras nempe neces dum scribo tulisse fideles.
Atque malos sanctis prevaluisse nimis.
Affectus fleret. nisi flere fides prohiberet.
Qua crescit sancti gloria martyrii.
Que gaudere deum gaudet de morte piorum
Hos ulciscendo tempore disposito;
Auget et horrorem nota tempus asperiorem.
Tunc solito gravior. turbine turbidior.
Tunc sane cum te regnante diocletiane.
Et gravius furias exagitante tuas.
Adversus deum stabant eius quoque xpm.
Vaniloque gentes. et tumidi proceres
Et coniuratis a cunctis partibus armis.
In dominum servi bella dedere mali.
Sed deus omnium creans nos dispensando gubernans.
Subsannans miseros. contribulavit eos.
Unde tibi grates. tibi rex fortissime laudes.

Qui reprobare malos. scisque probare bonos.
Et mitis tutor [vel] et formidabilis ultor.
Esse facis tutam quam regis ecclesiam.
Altius hinc repetens. et paucis magna retexens.
Confero res rebus. tempora temporibus.
Prima quidem medius. componens ultima primis.
Omni laudandum tempore credo deum.
Iamque viam triduum michi consummare volenti.
Previus esto deus. tu michi sis baculus.
Tu triduo fessam voluisti pascere turbam.
De longe venio. fessus et esurio.
Tu miserere mei cui stat proprium misereri
Si non des escam. quam male deficiam;

Incipit lib. iii. De x. percussionibus egyptiorum
et de x. persequutionibus Romanorum.

Impia mesraim penis afflixerat olim.
Heredes abrahe. cophinis laterisque lutique.
Erumne gemitum. gemitus facit edere questum
Questus clamorem. clamor pietatis ad aurem.
Ascendens animo domini sibi conciliato.
Elicuit veniam. que debebatur abraham.
Motus et ipse patrum meritis. par nobile fratrum
Dirigit ad regem. sinat utque recedere gentem.
Imperat hebream. sibi sacrificare paratam.
Perfidie vitio cor obdurante pharao
Nec miser agnoscit dominum. nec iussa facessit.
In dominum iamnes et manbres arma parantes.
Infirmare dei magicis miracula nisi.
Addebant oleum clibano. gladioque venenum
Stabat pro domino moyses. sociamine fido.
Fultus aaronis. deus ipse datus pharaonis.

Ut quotiens pharao peccaret pectore prauo.
Peccantem plagis totiens uexaret amaris;

De prima percussione. & .i. persequutione.

Prima luit primas has contradictio penas.
Virga dei uindex. dextre uirtutis & index.
Virga dei magicis saciata colubra colubris.
Ut percussit aquam. mutat natura figuram.
Palloremque rubor. dulcorem tollit amaror.
Nilus erat sanguis septemfluus. omnia sanguis.
Stagna. lacuna. palus. puteus. fons. flumina riuus.
Mortuus in summo nat piscis uentre supino.
Ora sitis cruciat. sitis at medicina trucidat.
Ve tibi cuius cor prius indurat miserator.
At tunc hebreis. fuit hec miseratio solis.
Tempore post certo deus omnis nos miserando.
Dat moysen aaronque duces. te bariona symon.
Scilicet & saulum. mutato nomine paulum.
Hic nec abest pharao. crudelis & aspide nero.
Surdior auriculis ad uite [car] lumina clausis.
Regnans in uacuas tamquam basiliscus harenas.
Nec manbres aberat. iamnem sicophanta reformat.
Peior eis symon. quem noster ab aere symon.
Deicit dudum damnatum fellis amari.
Illos promisse suspensos munere terre.
Or aaron fleuit. moysen nebo sepeliuit.
Hos specialis amor. fidei socialis & ardor.
Hunc cruce gyratum. paulum simul excapitatum.
Uno nempe loco. sub eadem luce uel anno.
Ad sibi promisse perduxit gaudia terre.
Hos ut ductores caput in sublime ferentes.
Abstulit e medio crudelis belua nero.

Ac cuius inde gregem. quo grassaretur in omnem.
Multum roma tuis res derogat ista triumphis.
Te certe multis res adicit ista periclis.
Quod certare deo discis nerone ministro.
Te quoque niliaca grauior premet ultio plaga.
Hac qua sanguineis squalebant omnia riuis.
Sub nerone fero quid erat sine sanguine fedo?
Et sine clade graui quid erat sub rege rebelli?
Intus erat clades. clades foris. undique clades.
Intus erat sanguis. sanguis foris. undique sanguis.
Ista patent gladiis. hec sordibus. illa uenenis.
Occubuit pietas. iacet utilitas & honestas.
Prima luit primas. has seua rebellio penas.

De secunda persecutione.

Ranas & fedas dat plaga secunda rubetas.
Teque deus plaga percussit roma secunda;
Fratre pio tito. forti patre uespasiano.
In nullo dignus cum regnat domitianus.
Rex malus. omne malum regno extat & omne flagellum
Is uelut e limo deforme leuans caput imo.
Audet raninas celo iactare querelas;
Dum cupit in sanctis nomen delere tonantis.
Quid nisi rana sonat. nisi seua rubeta coaxat?
Et dum diuinum miser usurpat sibi cultum.
Quid nisi rana tumet. sed rupta pelle fatiscet.
Et que peiores rane que turgidiores
Ah. quam marcion. quam cherintus uel hebion.
Ecclesiam nigris nisi uitiare uenenis?
Erumnis istos que confluxere per annos.
Accessere graues horum de dogmate clades.

De tercia persecutione.

Tercia persecutores attriuit plaga rebelles.
Hic q[ue] dei digitum probat ars confessa magorum.
Sic et tiarano grauiter grassante tyranno.
In xpi nomen. cuius iam preclue numen
Clarebat mundo: uenit ultio tercia mundo.
Tanto plus urens. quanto subtilius urgens.
Mordendo cutis longe lateq; minutis.

De. iiij. persecutione

Quarta ferit muscis egyptum plaga caninis.
Et plaga tota tuis furit antonine sub annis.
Dum contra xpm temptas accendere bellum.
Pro xpo pugnat factura. tibiq; repugnat.
Effera bella fremunt. clades nec ab aere desunt.
Quosq; foris gladius uexat. pauor occupat intus.
Vicit pene modum uis importuna malorum.

De. v. persecut.

Vltio quinta reis pecorum uenit horrida pestis.
Teq; magis seuum quam iure seuere seuerum.
Non impunitum sinit deus esse deorum.
Oblitum cunctis quo prestet honore creatis.
Et similem pecori factum sensu pecuali.
Iure modo pecorum punit hec angina malorum.

De. vi. persecutione

Ardentes papule post quintam plaga fuere.
Que grauior scabies: que sordidior rogo clades.
Posset romani corpus corrumpere regni.
Quam maximini presumpta tyrannus iniqui
Huic culpe nimie peccandi causa fuere.
Stultus ut in xpm bellum conferret iniquum.
Peccati causa. peccati pena coorta.
Vindicte gladium primum distrinxit in ipsum.

Ipse caput belli cadit; apta piatio belli;
Vix nisi cum damnis extinguitur ulla tyrannis.

De. vii. persecut.

Septima plaga furit. cum grandine fulmen adurit.
Grando uelut grandis. uelut ardens fulgetra flammis.
Terris intonuit decuis. celos quoq; mouit.
Multum terrorem per multum dando fragorem.
Horrida cuiulis iaculatus fulmina cladis.
Vndiq; cum multa crepitarent grandine tecta.
Hunc strepitum primi senserunt morte philippi.
Qui tanquam grandes turres utrobiq; minantes.
Ecclesiam compsere fide. diademate romani.
Que subito incurrunt. uix esse diutina possunt.
Turbo nimis uiolens. uehemens nimis. et nimis urgens.
Grandine cum nimbis. cum chasmate fulminis ignis.
Vt subito incessit. sic ecce repente recessit.
Victima cum belli decii periere gemelli.
Filius atq; pater. sic turbo resedit et ater.
Digna philipporum uindicta; neces deciorum.
Arua metu soluunt. uestigia feda relinquunt.
Quis locus. aut edes. prouincia. regna uel urbes.
Quo non peccati uestigia sint deciani.
Quam late rabies tam seuiit horrida clades;

De. viii. persecutione

Vltio locustas profert octaua uoraces.
Imperium nactus romanorum valerianus.
Mox mouet in xpi nomen fera classica belli.
Et regnare putat. nec ei se subdere curat.
Qui reges frenat. regnorum iura uicissat.
Ira dei motu concepto. solis ab ortu.
Accersit persas. solitas exasperat iras;

Ve tibi roma tuos annullat p(er)sa triumphos
Teq(ue) malis urgens ferroq(ue) pudoris inurens.
Pro titulis laudis. titulos dat persa ruboris.
Pro xpo bellat saporis ue tibi bellat
Persa dei bellum. dni fit persa flagellum.
Persa canis dni te morsu dissicit acri
Cesar & augustus manubris orientis onustus.
Captus adit chartas. has roma mali luis artas.
Sumite scribendi hinc argumenta tragedi
Equior en bractris. gaudens fortuna theatris.
Edit de latiis spectacula flenda triumphis.
Terga frementis equi quotiens conscendere regi
Persidis est placitum. proh. quã miserabile fatum.
Cesar uti quadrupes hoc xpe tuos decet hostes.
Inclinatus humi. subdit sua terga prementi
Sic sic decrepitam damnatus adusq(ue) senectam.
Nec satis est ire tua cesar pena superne.
Germani gothi quadus uel sarmata parthi
Laxis in frenis. per cuncta furoris habenis.
Romanos fines ceu multa locusta terrentes.
Funditus abradunt. radicitus omia rodunt;

De nona p(er)secutione

Nox palpabilium fit nona lues tenebrarum.
Cesare romano nox quanta sub aureliano.
Egyptum nram pressit caligine roman.
Ecquid tam furuum. q(uo)d nam rogo tã tenebrosum
Ingrate dni quam prosperitatib(us) uti.
Irarum amento celestis dextra retento.
Ceperat inflecti. miserans romam male plecti
Grata sed ingratis. aderat res prosperitatis.
Proh dolor augustus quibus aurealianus abusus.

Inuidet eccle paci per bella coorte.
In scis p(er)uum dum p(er)sequitur male xpm.
Iratum tremuit quẽ placatum sibi sp(re)uit.
Ante pedes fulmen lapsum. trepidabile numen
Prodidit illius quẽ sic commouerat iniquus.
Et post terrorem. uix distulit ultio mortem;

De .x. p(er)secut(ione).

Fleo menphis primogenitis decima lue cesis.
Nec rome labes non desit debita tabes.
Non fuit inmunis taneos domus ulla doloris.
Nullus in orbe sinus fuit immunis modo luctus.
Diocletiani rabiem uel maximiani.
Ista notat clades; quaq(ue) magis horrida labes.
Quatuor ista plagis orbis tot tabida plagis
Efferuit longe lateq(ue) minisq(ue) diuq(ue);
Sed uindicta mali non sufficit omnipotenti
Libera ni iustis succedat gratia pacis.
Post tantas clades israhelitica proles.
Loro seruilis dirupto conditionis.
Menphi decessit. sic libertas sibi cessit.
Ne careat summo uictoria clara triumpho.
Dat laudis cumulum cumulus grauis ipse malorum.
Submersus pelago cum tota gente pharao.
.b. Rex constantinus tam fausto nomine dignus.
Iam nouus emersit. uetus omne quia sibi tersit.
Nec perit ut pharao. taneos s(ed) milite strato.
Scilicet extincta uitiorum gente prophana.
Gentem uirtutum fecit uiuiscere secum.
Per quam deuictis fidei cunctis inimicis.
Hec uexilla crucis suffixit in arce salutis.
Per que pax regnat. que mundus ouanter adorat.
a. Eccle titulum q(ui)s & hic putat ee minutum.
Mersus & hic pelago cũ tota gente pharao.

Sic pia maiestas sic rerum xpe potestas.
Vel pie tutatus scos uel fortiter ultus.
Prouehis ecclam bello uel pace probatam.
Nos a proposito digressos longius equo.
Thebei retrahunt sci. uotumq; reposcunt.
Non obluctemur. sed scis morigeremur.
Posse dabit qui uelle dedit. dnoq; placebit.
Quicquid scorum delectat corda suorum;

De furore cesaris in totā legionis.

Cesar uesanus super omis maximianus.
Vt scos xpi uidit nullomodo flecti.
Nil ualuisse minas. suadelas. carnificinas.
Effrenis totas rabiei laxat habenas;
Exuitusq; hominis faciem mentē quoq; regis.
Turbidus. exanguis. transuersa tuentib; hirquis.
Inuertat mores. conuertit & ore colores.
Vocem confundit. bilem de felle refūdit.
Postquā mortiferos congessit pectore fumos.
Quot piceos estus rotat ethna. quot ipse uesenus;
Interpres mentis. blaterat mala lingua furentis;
Suspendit frustra gladium patientia nra.
Tot tantisq; modis actū nichil utile nobis.
Roma tibi tantum lucrari dum uolo damnū.
Auxi contemptū nrm. potiusq; deorum.
Vos quibus ipsa fides solidauit robore mentes.
Quis ulciscendas commisit siue tuendas
Roma suas partes. urās inuicta p artes.
Nunc accingimini. nunc iura capessite regni.
Et maiestatis diuales et imperiales.
Sic uilere decus. gladiis animisq; uetemus.
Vos uiolatores legis. uos cesaris hostes.

Ipsos diuorum refugas. hostesq; bonorum.
Cedite constanter. cunctos mactate potenter.
Qui nolunt unū fieri. mactentur ad unum.
Vos ne sodalicij pietas aut gratia tangat.
Qui nobis obstat. legesq; deosq; prophanat.
Is ne michi socius. collega tribulis amicus.
Ius ciuile negat. ius hic gentile reclamat.
Hic maiestatis reus est. hic publicus hostis.
Iam cito miles abi. mucrone ferito minaci.
De turba uiles animas. prosterne rebelles.
Sterne modo nullo. numero nullo. ordine nullo.
Dissice membratim. discindito particulatim.
Corpora stultorum. sit mors non una reorum;
Mille modis mortis. hos pdat dextera fortis :
Submergantur aquis. suspende uel ince flāmis.
Obiectato feris. lapidato. dissice serris.
Funde caput medium. uomat ut membrana cerebrū,
Hunc ictu certo si sic placet excapitato;
Hunc media gladio. mediat qua corporis umbo.
Cor anime sedem. de sub pulmone reuelle.
Cruribus abscisis truncus cadat atq; lacertis.
Aure. labris. oculis. naso. mentoq; reuulsis.
Destruito uultum. deleto notas facierum.
Dissocia costas. mucrone reclude mamillas.
Transuolet hasta latus. transfigat lancea pectus.
Transuolet hasta femur. transfigat lancea guttur.
Telo uel suras uel stantū transfode plantas.
Intestina uel solo stomacho disperge retecto.
Ilibus abruptis. intralia nuda uidebis
Tu nichil horrescas. s; fac horrere uidentes.
Si libet. hunc fixis pedib; manib; q; reuinctis.

Pro signo statuas. huc certas mitte sagittas.
Hic se quisq; probet. hinc mutua sponsio certet.
Pellis ut ericij donec caro stet moriturí.
Tu cum lasesces. cum mucro vetustus hebescet.
Tunc furor arma dabit. tunc vires ira nouabit.
Vectibus & tignis & grandibus utere lignis.
Ossa quibus tundas. crus. spinā. brachia frangas;
Ictibus elicitam fac exudare medullam.
Iam nunc miles. mora sit tibi nulla satelles.
Omī commento mortis punire memento;
Qui nolunt sacris diuum famularier aris.
Dum modo disperdas. quis curat quomō pdas.
Iprecor ira mee tua nunc faciat satis ire.
Inichil extimeas. nichil hinc omīno pauescas;
Non metuenda tuis illinc sunt uulnera membris.
Sunt eneruati. sunt desperando soluti;
Sponte mori gaudent. nil ultra fortiter audent.
Nec te peniteat. scelus aut reputando pigescat;
Non gratis sternes; ibi fas. ubi maxima merces.
Quem quis mactabis. fidenter eum spoliabis.
Quo sternes plures. hoc exuuias cape plures.
Horum direptis castris. quantis orientis.
Gazis gaudebis. quantis spolijs potieris.
Nam dites thebe meliori milite digne.
Qualibus armatos telis. quantis oneratos.
Hos opibus castris curarunt mittere ñris.
Arma ferunt. armis & telis per uia nullis.
Quam leues galeas. conio splendente timendas.
Quas lorica bilix. thoraxq; trilix plicat. hamas.
Quam tuti gladijs thebeis esse potestis;
Sunt his dictis p̄stantia tela sagittis.

Sunt & ityreis. meliores arcubus arcus.
Compleat urīs animis exotica uestis.
Hic quod amant arabes aurū. que uellera seres.
Hic amor egypti. maris hic est copia rubri.
Inter thesauros. ꝑmitto uirere smaragdos.
Gripibus unoculi quas extorquent arimaspi.
Hec ego propono uobis. hos uos ego dono;
Vos indiscrete tantum sontes iugulate.
Tantum nullius manus elanguescat adictus.
Nullus ut euadat. sententia publica dictat;

De interfectione legionis.

Hec cesar dira prefante ꝑegerat ira.
Iamq; uenenoso cunctorū pectora suco.
Ista mali labes temptarat. ut aera tabes;
Nam de scintilla commoti cesaris illa
Ignis se tollens. passimq; uolumina uoluens.
Impleat cunctorū mentes flammis odiorū.
Inuos thebei. ceu uile periplsima mundi
Effectos atri. spectacula dira theatri;
Quid plus. paretur; nullus pietate mouetur.
Itur. in omne nefas; non rerum pendere causas.
Aut seruare uices iuuat. at iuuat ēē nocentes.
Affectus nullum reuocauit. gratia nullū;
Causa sodalicij cor non inflexit amici;
Non honor est canis. reuerentia non ueteranis.
Tyronum pulchre miseratio nulla iuuente.
Auertit pietas oculos. auertit honestas
Inuisis terris quas sola tenebat herinis;
Immites mitem legiones iam legionem.
Obsedere. truces animis. odijsq; feroces.
Pila parant. enses aptant. uibrantq; bipennes

Et naturalis sine respectu pietatis.
Omnes prosternunt. omnes nullo ordine cedunt.
Oppetiere uiri uirtutis pacis amici
Et tanquam grati patiens bene uictima sacri.
Dedentes iugulos gladiis & pectora telis.
Nullos dant gemitus. reprimit patientia fletus.
Balantis ritu stantis sub iudice ihu
Exemplo moniti. gaudent occumbere muti.
Ut lupus inclusus stabulo grassatur. abusus
Nocte. loco. rabie. satis indomite facit ire.
Oblitusque famis. tantumque memor feritatis.
Mutas sternit oues. necat & laniat patientes.
Omnibus extinctis. stat letus in aggere stragis.
Talis cesar auens mortem. sitiensque cruorem.
Letatur totam legionis perdere summam.
Nec mouet hunc tantus numerose cedis aceruus;

de exequiis thebeorum.

Regis achementia satiata cedibus ira.
Sanguine rura natant. cautes hoc sanguine rorant.
Sanguine prata madent. hoc riui sanguine fluent.
Ipse coartatur. rubeoque fluore notatur.
Cum recipit gremio rhodanus pia corpora fido.
Alludens undis. sub aquarum mole sepultis;
Exequias horum sub tali sorte uirorum.
More nouo celebrant. sollemniter atque frequentant.
Sex uirtutes. ceu funeree mulieres.
Prima magistra fides artus complexa rigentes.
Oscula libat eis. munusque rependit amoris.
Nec cantat threnas. sed letas carminis odas;
Et replicans laudes. horum commendat agones.
Stat prope spes. alis uolat hic dilectio binis;

Hec oculos claudit. hec labra patentia iungit.
Membra cruenta lauat patientia. uulnera siccat.
Porro pedes pietas locat. & prudentia palmas.
Integritas flores & thuris spargit odores.
Pax cum iustitia concertat. soluere iusta.
Miscentesque aloes myrreque flagrantis odores.
Corpora conspergunt sale. pigmentisque perungunt.
Ne computrescant. ne uermi pabula fiant.
At uirtus humilis contraria mente superbis.
Feruet in obsequiis. nec abest constantia fortis.
Hec sudaria ponit. at hec uelamina pandit.
Iste supernarum ritus placet exequiarum.
Sic deus exaltas. sic regum rector honoras.
Quos nichilipendit mundus. quos spernit & odit;

De triumpho thebeorum.

Gratam docta uelim pulses urania chelim;
Tu septem cordis diuino pectine motis.
Eya thebeum paucis memorato tropheum.
Non opis est nostre. per nos celestia nosse;
Tu meminisse potes. tu nota reponere calles.
Pande tuum nomen celestia commemorando.
Mauricius magnus. simul exuperius almus.
Mundo calcato. mundi quoque principe strato.
Censentur digni celestis honore triumphi.
Virtus atque fides. quis cura beare fideles
Quales impensas dant ad redas fabricandas.
Aureus est temo. micat axis fusilis auro.
Splendent luce rote gemmarum multicolore.
Laudares cantos ex electro solidatos.
Christallo radiis sunt aurea tympana claris.
Aureus humerulus cohibebat tympana currus;

In medio currus suggestus honoris et altus.
Fulgurat ex puro flammas imitante piropo;
Hic residere fides primores fecit heriles.
Murice tincta clamis fulvis stellans toga clavis.
Victores velant humeros laudemque revelant;
Fibula iaspis erat · limbum pictura paravit.
Quam placet obrizo tornatilis anulus auro.
Claudens topazios · ametistos atque iacinctos.
Sculpta corona novis signis miris cataclizas.
Decusata notis frontes insignit honoris
Hic posses omne lapidum taxare decorem.
Hic cum crisolito · crisoprassus cumque berillo
Iaspis · sardonicem · carbuncule pingis achatem
Sardius · onichinum ligurius atque smaragdum.
Cum margaritis nitet unio cumque saphiris,
In manibus palme cum vexillis crucis alme;
Torquibus aureolis atque armillis operosis.
Brachia compta nitent et lactea colla renident.
Sic velut ediles sociali sede curules.
Calle triumphali scandunt capitolia celi ·
Hunc tanquam pariles currum subiere iugales
Hinc cum iustitia docta prudentia iusta
Hinc moderans constantia tuque modestia constans.
Virtus pone sequens immurmurat auribus aiens;
Hoc qui legitime certant donantur honore.
Sic pro iustitia passi sic itur ad astra
Octo gaudentes una de matre sorores.
Vtatur signis versus pro nomine matris ·
Ad se lactatos que nos facit esse beatos ·
Precedunt · octoque viandi compita monstrant.
Ornate sertis quatientes cimbala dextris.

Ante triumphantes et post currus rutilantes.
Centurias fortes · turmas lectasque cohortes
Ducunt pretores questores · centuriones.
Laurus vel vitis quibus ornant tempora vittis.
Quos non hic animus · quos hic non pascat ocellus.
Quomodo turmati distincta · notanda viritim.
Procedat legio · variabilis ordine miro.
Nullis in pratis variatur gratia talis
Quo viole pallent · rosa flammat · lilia candent.
Quo crocus et coccus · quo nigris obviat albus.
Quoque virens gramen · quo tam variabile germen
Quo non flos flori · aut folium folio similatur.
Distinctumque genus · proprium notat in speciebus
Tempore nec veris silvis est gratia talis
Arbor cum flores dat · cuique suosve colores;
Istis in morem dat tonsa corona decorem.
Populus hanc bicolor vel glandis suggerit arbor
Sunt qui flaventes stringant diademate crines.
Sunt mitre capiti discrete nexibus auri;
Byssi mollities nivis albet nacta colores.
Hinc pretexta rubens · illos amictu toga candens.
Alter palmata trabea · nitet hic variata
Hunc paludamentum comit ferrugine tinctum
Hunc serrana clamis · iacintina lena sed illis;
Pictus acu tunicam · gemmis hic colligit oras;
In plumam textis olosserica pallia birris.
Quam bene concordant · usque decore perornant;
Baltheus auricomo · femur artat et ilia nodo;
Torquibus · armillis · anellis atque tyaris.
Tot fuerant species · poterant quot ad esse quirites.
Iam super his qualis fuit exultatio celis.

Os & mens nullus poterit cõprehendere uerbis.
Qui sic inuentā letantur ouem sup unam.
Qui sup inuentā tam gaudent oppido dragmā.
Quo iubilo. quo tripudio. quali modo plausu.
Feruere celicolas hac ꝑ rerum uice credas.
Dulcius ecce melos solito. reor edere celos;
Angelus exultat. archangłs ipse resultat.
Cumq; thronis odas celi canit alma potestas.
Et uos primatus. uirtutes. & dominatus.
Arrident cherubin. letant̃ scā seraphin.
En hilares turbe procedunt pacis ab urbe.
Occurrit Michael. Gabriel uenit atq; Raphael.
Cum ducibusq; suis ruit huc exercitus omis.
Lumina totius mundi celiq; senatus.
Vincti bissenis incedunt tempora sertis.
Septi bissenis patriarchis totq; ꝓphetis.
Et dauid psaltes. lyricus. rex. atq; ꝓphetes.
Scīs psalterio canit occurrens decacordo.
Hunc asaph & heman. iditū imitant̃ & ethan.
Cimbala. nabla. tubam. cytharāq; mouendo sonorā.
Scīs martyribus suus unicuiq; triumphus.
Suadet. ut exultim uadant iubilentq; uicissim.
Nec confessores hic sunt reliquis pigriores.
Hic uirgineas credam ne uacasse choreas.
Iste uirgineo presentes iugiter agno.
Agnum sectantes. agni carmen modulantes.
Ore uerecundo tanto fauere triumpho.
His a dextra plaudentibus. hisq; sinistra.
His ꝑcedendo iubilantib; hisq; sequendo.
Sunt ingressi uictores atria celi.
Corde quod optarunt nacti. q̄d semp amarunt.

Inde sub altari domini requiescere iussi.
In uera requie degunt uitam sine fine.
Donec iam fratrū summa clamante suorum.
Expectata satis detur uindicta beatis.
Sicq; peracta bonis sollemnis ouatio uotis;

Quod ad epulandū impia turba ↄsederit.

Interea scelerum spectatrix turba suorum.
Gaudet ouans. agriq; iuuant horroribus atri.
Semine fecundi pene mortisq; feraci.
Spinas laturi. lappas tribulosq; daturi.
Teda gehennalis succendatur quib; ignis.
Pascebant oculos spectacula feda cruentos;
Pascebant animos crudelia facta cruentos;
Nec sibi succensent. dū funera tanta recensent.
Excipiunt epule feralis gaudia culpe.
Proh. miseram sortem. furiis scelerū grauiore.
Hec extrema quidem ludit dementia mentē.
Non sensisse scelus. non ꝑpendisse reatus.
Turba ꝓphanorum squalens hac strage piorum.
Gaudet & exultat. uictorum morte triumphat.
Et conuiuatur; epulis locus ille paratur.
Quā grauis iste furor. quē nec scelerū mouet horror.
Fictis siqua fides. fors insanauit orestes.
Sanius; ille patris uindex. s; sanguine matris.
Sic scelus expauit. sic se furuisse putauit.
Vt merito fureret. furias fugiendo timeret.
Has umbras matris penas soluendo furoris.
Cuiq; scelus timuit. sceleris purgamina cepit.
His culpas furie. furias cumulant q̄q; culpe.
Ne scelus expaueant. sceleris ne piamina querant.
Tam miseras scīs penas soluere furoris;

De s(an)c(t)o Victore ueterano milite

Ecce regente uiam xpo sibi preduce quidam
Militie titulis donatiuis quoque multis
Clarus et emeritus modo donata rude clarus.
Deuenit campos omni cultu uenerandos;
Cartus moxque pilis arrectis atque capillis.
Mens hebes exhorret non horrentes et abhorret.
Heret lingua rigent gressus pia lumina langent.
Omnibus officiis caret usus corporis omnis.
Ut tandem sese longo post colligit ad se.
Que dixit noua res. Que nam (rogo) causa quirites
Res patet hic belli causam michi dicite belli
Cesorum tumulos non hostes conspicor ullos:
Hi qui ciciderunt dum taxat at hi ceciderunt;
Uos hic letari uos inter eos epulari.
Posse nimis miror; cur uos uel non mouet horror.
Strage sed in tanta non uulnera cerno pudenda.
Apparet certe tutissima terga fuisse;
Ilia frons facies pectus latus inguina fauces.
Uulneribus tabent retro non uulnera parent;
Non fugiendo uiri nec sunt metuendo perempti.
Tam gratis tantas ferro cecidisse cateruas.
Uterat ulla fides; non fractas cerno bipennes;
Non pila aut hastas non arcus siue sagittas.
Non mucro mucrone nec umbo umbone relisus.
Sanguine non spiralent facies non puluere sordent.
Uulnera non uobis non ulla foramina scutis.
Non quasse galee non conis sunt mutilate.
Non dissutus hiat thorax lorica choruscat.
Re uera constantia uel patientia multa
Infuit his; quanti uirtus est mentibus equis;

Non mirere senex inquit iactantior index;
Non miranda uides non detestanda recenses.
Auscultato senex sis rerum tu quoque index.
Confidens animis legio thebea uel armis
Usum militie quod prepollebat abunde.
Uertit in exitium legis regis quoque scitu
Ipsum diuorum spernendo pro omnia cultu
Sed quis diuinas impune citauerit iras.
Cesus ob hoc nobis iacet ecce domesticus hostis.
Tu modo quem pietas diuina quod arguit etas.
Ad nos formandos uiros seruauit in annos.
Gaudens censure romane iura uigere.
Tu petimus nostris dignare recumbere mensis;
Hoc uult nempe tuis reuerentia debita canis;
Dixit is hec illi; tum uictor nomen id illi
Seuos detestans seuorum fercula uitans.
Pectoris ex aditis suspiria colligit imis.
Et tundens pugnis bene conscia pectora uoti.
Effusis lacrimis releuat cor mole doloris;
Me clamat miserum me nulla sorte beatum.
Quo michi tythoni fati uiuacibus anni.
Num moror inualidos extremi cardinis annos.
Dum mea raucicule transforment membra cycade.
Me male felicem uite iam fata grauantem;
Qui non sum meritus fuerim legionis in huius.
Armiger aut calo miles pro milite lixa;
Talibus insertus non ultimus ipse reptus.
Felicis tandem rapuissem sortis honorem.
Clausissem uel meam preciosa morte senectam.
Me male felicem qui nec casu modo saltem.
Ante duas horas has sum transmissus ad oras.

Istis coniunctus. uite quoq; federa pactus.
Omnibus exmissem penis. & morte parassem.
Inter thebeos conscriptus ut ultimus heros.
His assignarer. commilito uel uocitarer.
Hec dicente uiro. turbatur turbidus ordo.
Circumstant torui. ceu circa corpora corui.
Acriter extorquent uerbis. & uultibus urgent.
Quid ferat. ut referat. xp̄m ne colat cito prodat.
Victor ad ista pius. uictoris nomine dignus.
Ut pilius nestor. uel sicut troius hector.
Corde pio callens. & forti corpore pollens.
Colligit in uires sensus artusq; seniles.
Que deceant fortem. uel que deceant sapientē.
Pectore mellito declamat & ore perito.
Qualis olor niueus sago clamore sonorus.
Impendere sue diuinans ultima uite.
Exosus fontes. riuaria. prata. paludes.
Arteriis laxis aucto modulamine uocis.
Sic monstrans forsan mortē nichil ēē timendam.
Edit ab ore modos. quam dulces. q̄mq; melodos.
Quale canat fidicen uix aut tibicina carmen;
Quod stupeant uolucres docte resonare canores.
Talis & hic horam canit. exoptando supremam;;.

Oratio S̄ci Victoris.

Fors natura meos iam dextra computat annos.
Viuaces corui. uiuaces denīq; cerui;
Cornix ipsa nouem patiens post secl'a mortē.
Mirantur nr̄e uiuacia tempora uite;
Usus uiuendi tam longus. multa sciendi
Extat causa michi. que. qualia. quanta uidi.
Infans in puerum dū̄ mutor. tyro in ephebū

Dum frangor senio. dum decrepitus modo uiuo.
Hanc etatis erū̄ scalam dum scando gradatim.
Intulit his animus natura q̄d abstulit annis.
Omne quod in mundo gerit̄ uarīmine tanto.
Experto aut studium. leuis aut rotat orbita rerū
Infestat uarius uel nr̄a negotia casus.
Nature columen p̄ nr̄m excreuit acumen.
Venis nature studij dum plurimus usus.
Montis acutibiles tanquā de marmore cotes.
Elicit plures excuciet & extudit artes.
Cotibus ut cotes limauit & artib; artes.
Que mentes nr̄as densa rubigine scabras.
Elimauerunt. acuerunt. expolierunt.
Sic natura potens uiget. in nr̄o sibi ponens.
Pectore ius regni. dominata potētia nr̄i.
Huius at in regno. proh. rerum uersilis ordo.
Substituere tibi fortuna thronum dn̄andi.
Iniuste. temere. qui nolunt corde tenere.
Nil in natura rerum fieri sine causa.
Nil fore fortuitum. nichilominus temeratū;
Vexat ob hoc uarius mundana negotia casus;
Quot noua musta bibi. quot brume frigora sensi
Quot uernos flores. quot maturescere messes.
A phebo quotiens reparari cornua phebes.
Atq; senescentem quotiens puerascere solem.
Quotq; horas tantos uidi fluxisse p annos.
Tot momenta trahi nutante bilance notaui.
Rebus in humanis; Ita curis dedita uanis.
Mens naturalis spreto clauo rationis.
Incertum fluitat. pendens utrobiq; laborat.;
Quattuor humores uno de fonte fluentes.

Carnis. id est sanguis. fel. melancolia. flegma.
Cum nimis exundant. uel decrescendo laborant.
Non ita cor uexant. corpus non tam male turbant.
Quatuor ut motus perturbant mobile corpus. [pectus]
Ac se dispellunt. alternis cardine uellunt.
Nunc cupis ut teneas. metuis modo ne tua perdas.
Nunc gaudes habito. plerumque dolebis omisso.
Hoc in quadriuuio. duce recti callis omisso.
Nunc lassant salebre. nunc dant discrimina lame.
Hinc sentes pungunt. hinc obuia robora ledunt.
Sic miserandus homo fluitans agitatur ut estro.
Non timet hic metuenda. times tu non metuenda.
Non cupit hic cupienda. cupis tu non cupienda.
Qui timeat metuenda. nec horreat haut metuenda;
Qui cupienda uelit. qui non cupiendaque nolit.
Esse scio raros; auis est rarissima uirtus.
Multos distortus rapit in contraria cursus.
Dumque uie recte non apparente tenore.
Lubricat hic horsum. dum deuiat ille aliorsum.
Si non equalis. tamen omnibus exitialis;
Error adest. non horror abest. splendor quia deest.
Nempe latet totus densa caligine mundus.
Sic squalent tenebre. uix ut pateat uia uite.
Et quis tam tetris posset modus esse tenebris.
Si nobis aliquam monstraret luminis auram.
Lux de luce fluens. lumen de luce refundens.
Mortis ut anfractus erroris et auia cautus.
Vites. quesite directus tramite uite.
Hec ego perpendens. hec cana mente recensens.
Affectu pleno. desiderioque supremo.
O si suspirans. utinam contestor anhelans.

O utinam sanctis essem commortuus istis;
Votis tempe meis tam multe tempore cedis.
Huc si uenissem. feliciter ante tulissem.
His epulis mortem. pluris ratus hanc mihi sorte.
Usque ad delicias uotorum me tulit etas;
Has modo delicias complebit summa uoluptas.
Martyr martyribus fuero uel si modo iunctus.
Pro uoto uiuit. pro uoto quisquis obiuit.
Concordare meis et uos desidero uotis.
Exortem palme ne me faciatis abire;
Me mea christicolam prodit confessio coram.
Cor. animus. ratio. mens. sensus. spiritus. immo
Quicquid in est anime. christum sonat optat amatque.
Christo uiuo. colo christum. moriar modo christo;;

De nece sancti Victoris.

Vera salomonis dicit sapientia nobis.
Hoc cordi prauo carmen. nitro quod acetum;
Vt bullit nitrum quando miscetur acetum.
Cor ita prauorum uacuum dulcedine morum.
Si monitu tractes. si dulci carmine temptes.
Quo meliorari debet. uel mitificari
Hinc efferuescit bullescens atque furescit;
Ecce satellitum crudelis turba prophani
Verba pie mentis rapiens ex ore loquentis.
Infremit exacuens colliso dente furores.
Ex illis lictor sic optabas pie uictor.
Irruit et sancti caput amputat ense micanti.
Sic factus compos uoti uenerabilis heros.
Sanctis ascriptus merito. numeroque receptus.
Hic terris iunctus celis illic sociatus.
Concantat letis celebrans epinichia uotis;;.

De nominibus thebeorum.

Quis tam multorum uel corde uel aure uirorum
Nomina condiscat. suo memorieque remittat.
Qui numerat stellas. qui nomine nominat illas.
Clauditur et numero cuius sapientia nullo.
Scripsit et hec auro celestis in ordinis albo;

De numero legionis et dignitate numeri.

Nec uacat a causa rationis mystica summa.
Qua sancte numerus legionis clauditur huius.
Sex sexaginta sexcenti milia sena;.
Perfectum esse tene sex. centum. mille. decemque;.
Nil non perfectum numerum non conficit istum.
Quem decorans uariis speculatio plena figuris.
Per sex perque decem nunc alterutrando modo in se.
Sexcuplat aut decuplat. modo cubicat. et modo quadrat.
Ergo uiri sancti numero quoque sanctificandi.
Admittendo decem placuisse notant sibi legem.
Et quos legalem perfectio duxit ad unguem.
Perfecti numeri summa digni numerari.
A sex perfecto deflectunt limite nullo.;
Sex operando deus primis sanxit sibi rebus.
Sexque dies operis dat nobis sanctio legis;
Sex motus corpus. sex uoluunt sola tempus.
Sexque per etates uitam uariamur agentes;
Celicolas abram sextam pascebat ad horam.
Sexta puerum christum uidet etas uirgine natum.
Sexta dies factum uidet adam. sexta redemptum
Sex ydrie ternas capiunt. binasue metretas.
Sexta super puteum uidet hora quiescere christum
Sexta uidendo crucem. doluit tenebrascere lucem;
Et petrum sexta mentis rapit extasis hora.

Sex ale cherubin. sex sunt animalibus [illegible] ale.
Sex a se gradibus substantia discrepat [illegible] omnis.
Ut lapis. herba. pecus. nos. angelus. et deus unus.
Sex menses. momenta. dies. partitur. et horas.
Sex partum format. pariendi tempora plenat.
Sex dat uim nobis sex firmans brachia membris
Sex complent proprie partes in limite primo.
Musica sex tantum probat interualla sonorum.
Quos nunc intendit nunc uox humana remittit;
Hique soni constant de sex et partibus eius.
Si numeris numeros speculatio conferat illos.
Quos infra sese cohibet senarius ipse;
Quattuor ad triaden. diatesseron ex epitrito.
Et tres ad diaden. sesqualter. et hinc diapente.
Quattuor ad diaden. duplus. hincque sonat diapason
Tres triplus monadis. diapente et diapason.
Multiplicato duo per quattuor accipis octo;
Dant ter terna nouem, tu confer ad octo nouenos.
Sesqui octauum dabit. hec proportio ptongum;
In summa plenus numerus. numeris quoque plenus;
Non minus est nobis in partibus utilis ipsis.
Pars est sexta monas. numerorum maxima primas;
Pars triplicata duo que fit paritatis origo;
Pars duplicata trias. omnis fons imparitatis.
In deitate monas. in personis trias extat;
Per diaden socialis amor. fouet alta uel ima.
Vis huius numeri non una parte sacrati.
Multiplicis species. quam sit diuina per omnes.
Indignum breuiter. longum replicare decenter.
Vis huius numeri quo stat perfectio mundi;
Quo fluit armonice. modulatio celica spere.

Orbis ad [illegible] exemplar. odiq; recurrit ad instar.
Annus [illegible] ut in sese. mundusq; reuoluit in se.
Sic semp per se remeat senarius in se.
Ducito sex per sex. triginta suscipis & sex.
Simpla morte duplam morte subigens sibi nram.
Xpc mors mortis. tot in inferno fuit horis.
Quos rursus per sex. reuocat senarius ad sex.
Vel ductos in se. reuocat senarius ad se.
Nec capiunt aliquē theoremata talia finem.
Spericus hunc numerus & cyclicus ē bene dict9.
At longilaterum quis nesciat hunc fore pmū.
Actu primus par sex gignit prim9 & impar.
Par homo rite tenet. numero deus impare gaudet.
Nempe deus ternis signaris proxime binis.
Vt longilateris gemina hinc dilectio surgit.
Per bis tres minus ac maius latus ut recipit sex.
Per me p q; deum sic plenus amor generat;
Diligat ipse prius ds hinc ē maior amandus.
Lex istinc pendet. legem dilectio complet.
Sex medius numerorum circa se positorum
Infra per quinq; cohibet in sensus quinq;.
Supra p septem signat karismata septem,
Octo beant supra. uirtutes quatuor infra,
Tres corpus solidant. ter tres uocē in formant,
In tabulis binis precepta decem lego legis.
Velata undenis fuit archa sagis ciliciis;
Vnus ad undenos accedens. dat duodenos;
Qui p scripturam multā meruere figuram.
Perq; creaturam multā retinent positurā,
Hi menses. horas. lapides. syon quoq; portas.
Hiq; tribus tribuum qq; fronte milia notata.
Hi fructus ligni uite quot mensibus ortos.
Ventos. zodiaci partes. cum partibus assis.
Oris apostolici fontes. cum fontibus helim.
Micarum cophinos. templi ere boues quoq; fusos.
Multa q; dinumerant. docti quib; allegorizant.
Hi de sex nati p sex quoq; sunt mediati;
Bis duo sex in se tenet ut sesqualter. at inde
Suspiciendo nouem. fit sub sesqualter eisdem.
A paribus primū dant quatuor hinc in cubū.
Inde nouem primum dant imparib; qq; cubum.
Ex quibus ipse deus. tuus ut fert plato timeus.
Componens animā mundi ratione iugatam
Compegit numeris. miscens duplos triplicatis.
Masculus impar erat. par femina parturiebat.
Hac de natura. mundana fluit genitura.
Vndiq; sic numerus pfectus sicq; sacratus.
Vndiq; felicis claudit summā legionis.
Vndiq; pfectam quā reddit ubiq; sacratam.
Preter eam ne decem. cui dant tot mystica laudē.
Cujus uim natura probat scptura frequentat.
Nempe decem numero pri9 angelicus stetit ordo.
Inde decem dragmas. & oues decies lego denas.
Virginibusq; decem liquet ecclam similatam;
Mnas denas denis dominū lego tradere seruis.
Vrbes regit inde denas qui mnam duplicauit.
Et sodomā saluare decem iusti potuissent.
Egypti denas non curo reuoluere plagas.
Cuncti pene patres dnō uiuendo placentes.
Signauere suis hunc actis. forsan & annis.
Adam siue Noe. ioseph. ysaac. moyses q;
Iesus. & dauid regnandi etatis & annis.

Psalmorum numero uel psalterio decachordo.
Quicquid in exode forma structum legis esse.
Scilicet oraculum moysi domini quoque templum
Hiezechielque tuum typico sub scemate templum
Pene decempeda uel simplex uel multiplicata.
Omnia normauit numero normata sacrauit.
Archa noe decies denos fabricata per annos.
Perque decem longum latum sortita uel altum.
Ad normam nostre commensurata figure.
Sexies ex alto decies sumpsit sibi ab alto.
Longum per cubitos crescens ter centuplicatos.
Corporis humani fabricam qui uult speculari.
Hic prestare decem sciet usum siue decorem.
Ecce uides denis hominem consurgere membris.
Articulis binis pede coxa crure pudendis.
Hinc uenter pectus guttur caput en tibi truncus.
Vis etiam plane de membris membra uidere
Articulos pedibus digitos manibus tot habemus.
Absque quibus quantus nobis decor aut erit usus.
Inspectis reliquis quid adhuc fortasse uidebis.
Omne quod est uel adest rebus dialectica profert.
Cuncta decem solis concludens cathegoriis.
Ipsa decem mediis distinguitur ars numerandi.
Inde quod in numeris postquam digitos numeraris.
Cuncta per hunc numerum ratio uiget articulorum.
Nam quia principium fit limitibus numerorum.
Articulos semper transportat in anteriora.
Omnis ex ipso qui crescunt multiplicando.
Hunc numerum per eum quem constat mystica rerum.
Sacrauere sibi quasi plenum pytagorei.
Cum tam multa decem coaceruent mystica laudem.

Ad laudis cumulum multum preponderat unum.
Quod deus ipse suis digitis inscripta tabellis
Dans precepta decem sic legem colligit omnem.
Talibus his numeris oritur numerus legionis.
Quam deus angelicis legionibus auxit in astris.
Si numeres decimam dat sex decime tibi summa.
Sex sexaginta sexcentos summa secunda.
Sex et milia sex rursum non dissideat a sex.
Si decimam repetis sex centos hunc retinebis.
Et bis curtatam poteris scribere summam.
Sex quadringentos sex milia quinque notando.
Sic quoque uertas tibi sex occurrere certas.
Hunc sane numerum tam multa parte notandum.
Sex sexaginta sexcentos milia sena.
Compactum numeris tam multa parte notandis.
Si media uoles mysteria transferre ad tres.
Terni triginta trecenti milia terna.
Simplicis en triplicem signant deitatis honorem.
Personis triplicem proprio deitatis eundem.
Sic preter primam nullam mediam capit equam.
Ut pariterque impar uult deinde uideri et impar.

De natale thebeorum

Nuper ab erigones digressum sydere chele.
Portabant solem sexta iam parte morantem.
Pluscula nox horas uincebat iamque diurnas.
Hic cum natalis noua terris et noua celis.
Gaudia qui tribuit festiua luce refulsit.
Uigene dies numero pario numerande lapillo.
Octobris decimis bene pretitulate kalendis.
Digne dies fasto non connumerande nefasto.
Quando sollemnis merito neomenia mensis

Rite diem primū sanxit clangore tubarū.
Vt uox clangorum moueat iubilos animorum.
Qui mensis ueteris legis de iure celebris
Euoluit typicas sua p(er) sollemnia causas.
Post iubilos decima uotiua piatio luna.
Affligit cunctos afflictos mundat hebreos.
Intrans cum solus sc̄orum sc̄a sacerdos.
Sacrificat dn̄o thimiamate sanguine uoto;
Hinc quinta decima mox sceno fegia luna.
Gaudia q̄nta dabat. mysteria q̄nta parabat.
Arboris hic pulchre fructus. rami quoq; palme.
Torrentum salices frondes dense atq; uirentes.
Signant letitie causam coram dominante.
Ritu sollemni Salomon encenia templi.
Temporis istius statuit celebranda diebus.
Ne minus hunc Ezras. Zorobabel & Neemias.
Desertam legem recolendo dedere celebrem.
Hic euangelii non cedit gratia legi
Immo uetusta noue lex legi cedit honeste.
Hinc sollemnizans mensem uates Zacharias.
Cum daret incensum subiens cū sanguine templū
Angelus a dextris stans auersusq; sinistris.
Prospera pontifici. p(ro)sperrima nuntiat orbi
Conceptuq; tuo sollemni mense dicato.
Vox uerbi lucens ardensq; lucerna Joh(anne)s.
Finis erat legis sacris. legisq; prophetis.
Letitie cumulū dat mors hec sc̄a piorum
Mors in conspectu preciosa tuo bone Ih(es)u
Temporis istius digne celebrata diebus.
Quod legis ritu euangelii quoq; uirtus.
Commendando sacrant. & sc̄ificando celebrant.

Annus preterita nunc p(ro) pinguedine plena.
Ridet. & autumno letatur mundus adulto.
Annua fertilitas cū tensas ubere mammas.
Exprimit emulgens. multa mulcedine dulcens;
Plena redundantes coaceruant horrea messes.
Area tunsa sonat. musto uindemia spumat.
Mella faui fundant. & poma nucesq; redundant.
Sementes occat terra. & sua dona receptat.
Quam bene dispensas deus atq; creata gubernas.
Hic simplum donans scis. ibi dupla redonans;

De bagaudis deuictis

Forte roges que sit fortuna secuta bagaudas.
Quos ue sit et casus sortitus maximianus.
Indociles plebes moderari nescia uires.
Cum neq; consilio regitur nec marte secundo.
Viribus effractis penas soluit leuitatis.
Et leuibus bellis cito cedit turba rebellis.
Gallia gaudeto suffulta iuuamine leto.
Auxiliumq; recens. hoc presidiū quoq; p(re)sens.
Noli romanis ascribere sed neq; gallis;
Thebeis reputa. quorum solamine tuta.
Effugis assultus. inimicorumq; tumultus.
Quorum uallaris menbris. meritisq; iuuaris.
Hi te multimodis munitā crede triumphis
Penę malis uictam modo reddunt pace quietā

Quib; in locis sit memoria thebeorum.

His titulis inquam pollens. tā preclaris in quā
Gallia gaudeto mecum modulamine leto.
Grates p(er)soluens & non ingrata reuoluens.
Quod de dite penu tam pleno copia cornu
Has tibi fudit opes. quā multas. quāq; feraces.

Hinc cum bracata cane belgica tuq(ue) comata.
Amplius exulta presentior ipsa resulta.
Que retines totum diuino munere donu(m)
Ex quo se reliqu(a)e gaudent partes meruisse.
Lux de luce deus. quo gaudet lumine mundus.
Sub modio claras nolens celare lucernas;
Has candelabris sup(er)imposuit p(re)ius altis.
Flammarum tractus longos ignoscere passus.
Ut passim tenebris possent obsistere uiris.
Ecce globum lucis que fulsit ab axe orientis.
Spargens occiduas longe lateq(ue) p(er) oras;
Tanq(ua)m multifidas uibrauit in aera tedas;
Metropolis turonis celestibus inclita donis.
Quam sat martini poterat pia uita tueri;
Est titulata tuo maurici nomine s(an)c(t)o.
S(an)c(t)orum tantos mirata uienna triumphos.
At tam dulce tamen quesiuit habere iuuamen.
Horum reliquiis in cunctis tuta periclis.
Arula que rodani fluctus co(m)miscitat amni
Castrum salodorum preterfluit hicq(ue) piorum
Corpora seruari gaudet uictoris & ursi.
Quos thebeorum numero furiosa malorum.
Ira redintegrat du(m) p(ro) xp(ist)o nece multat;
Nec mosella boni fraudatur munere doni.
Que gaudendo suis allambit & alluit undis.
Tyrse beate tuum tumulu(m) tumulosq(ue) tuor(um).
Menia que meritis tutaris treueris urbis.
Quos ibi uesanus iugulauit Rictiouarus.
Esset an immunis tam clari rhenus honoris.
Gereon huius nam rauca fluenta secutus.
Agrippina tuus transscriptus & ipse colonus.

Tot thebeorum dedux(it) ab agmine secum.
Quot uernas duxit. cum te loth iuste reduxit.
Et reges elam debellauit pater abram.
Quotq(ue) nicena fides electos atq(ue) fideles.
Collegit patres. qui praui dogmatis artes.
Rite refutarent. & funditus annihilarent;
His ducibus cunctos superare potens inimicos.
Nobilis urbs audes. his clara colonia gaudes.
Hiq(ue) sui numero grecis notulis titulando.
Signa crucis ih(es)u. p(ro)cul auertunt inimicum.
Trecenti per tau tibi depingunt crucis instar.
Assignat iota denos. octo notat Heta.
Que titulant nomen ih(es)u. uitale uocamen.
Cum quinquaginta ueniens mauri(t)is t(ibi) burma.
Quale dedit munus quinquage(na)rius unus;
Quos decoras auro. decorant te sanguinis auro.;
Gr(ati)a tam locuples. ipsas transcendit & alpes;
Pergamus italie gaudet lipsana fouere.
Fortis alexandri. qui spe palma potiundi
Martyris ad studium conuertit militis usum.
Et uictimuli pinnacula fortia castri.
Ossibus & meritis dux clare Secunde tueris.
Corporis a gleba qui iam ceruice reuulsa.
Xp(istu)m clamando. xp(istu)m mouens iterando.
Nomine pro xp(ist)o feliciter occubuisti.
Letus maurici dextra tua lumina claudit
O fortunatos thebeos. o q(ue) beatos.
Omnes martyrius deuotos atq(ue) triumphis.
Quaqua terrarum querentes serta rosaru(m),
Est graue lassatis per singula currere plantis.
Et generale bonum specialiter edere. longu(m).

Qua stant pyrenes· qua summa cacumina calpes.
Quaq; medusa tuas facies stupuit grauis athlas.
Fortes et flauos qua proluit albia sueuos.
Et qua garganum nemus aspectat mare tuscum.
Hec omnis regio fidens munimine priuo.
Per uos thebei sperat commercia celi.
Francia clara nimis· simul & lotharingia fortis.
Hostibus aduersis uiris occursitat armis
Vos auares· itali· burgundiones aquitani·
Vos ostrogothi· uos magnificant uuisigothi
Vos saxonia· uos germania tota patronos.
Querit habetq; sibi· p uos ita nescia uinci;

V laus gemblacensis eccle· 7 p se grãru actio·
et pro ipsa ad deum oratio

Vltima uel tibi laus fuerit paupcula gemblaus.
Que quamuis opibus tenuis· paupercula rebus.
Clarescis meritis· si non propriys alienis.
Quam refouens tutis alit exuperius alis.
Signifer insignis legionis ubiq; celebris.
Dignaturq; suis seruandis ossibus almis;
Hec post clauigeri suffragia maxima petri
Huius amore uigens. & honore cluens· ope fidens.
Gaudens thesauro gemma potiore uel auro.
Maiores nido pennas exaltat ab imo.
Possit et ut tuto· nullo turbante periclo
Alas implumes per sudas tendere nubes.
Pro nobis scis interuenientibus istis
Annuat altitonans· p summa· p infima regnans;;
O tibi sit pia laus nri nutricula gemblaus
Pro me subrectis que galline uice plumis
Me sub maternis fouisti dulciter alis.

Tutans audacter ne fors raptus lacerarer.
Vnguibus accipitris· aquile· milui ue rapacis.
Hic mihi nutricis sinus est· sinus hic genitricis.
Hic post lac matris cibus offertur mihi panis.
Hic ferulam timui uultu terrente magistri
Post infantilem· post etatem puerilem.
Pretexta pueri toga me spoliauit ephebi
Hic mihi pytagoras iuueni biuij indicat oras.
Artando dextram· late spatiando sinistram.
Ve mihi· neglecta cum uite tramite dextra.
Deuia per late circumferor erro sinistre.
Hic miser heu tota consumpta pene iuuenta
Et quater undenos emensus circiter annos.
Errores uideo· nec adhuc errare recuso;
Tu genitrix· ductrix· doctrix· & sedula nutrix.
Sis precor hortatrix· sis queso mihi reuocatrix.
Meq; tuo stabulo reducem duce samaritano·
Induc plagatũ· semiuiuum· spoliatum;
Infundens oleum· sup infundens quoq; uinũ.
Sana plagatum· uestito despoliatum;
Si sup impendes· tibi defluet hinc bona merces.
Quam uerusq; uerax spopondit samaritanus;
Hic custos rerum qui non dormitat in euum.
Qui regit israel· ut ouem deducit ioseph.
Te precor asseruet· sup intendensq; guberneт.
Ne siluestris aper· ferus unicus· aut caper acer.
Te male depascat· neu depastam male uastet·
Immo tuis agris quam seuit dextera patris.
Vinea florescat· pinguedine leta uirescat;
Seruet & hanc heres patris nriq; coheres.
Et nos cultores eius uetet esse socordes;

V t non reiectis nobis torpore remissis.
A gricolis aliis relocetur uinea patris.
Q ui bene rura colant. fructus in tẽpe reddant.
X p̄e Sigeberti dignare tui miserere.
O rant thebei miserere deus Sigeberti; ;

C onatus roseas thebeis ferre coronas.
V incor mole operis. pressus sub fasce laboris.
S ensus pauperies. nec suppeditat mihi uires.
L ilia nulla mihi. uiole nulle. rosa nulla.
L ilia munditie. rosa carnis mortificande.
N ec ꝑ pallorem uiole testantur amorem.
Q uo pia sponsa calet. q̊ sponsus mutuo languet.
P roximus atq; deus non bis tingunt mihi coccũ.
N escio luteola uaccinia pingere calta.
N on cum narcisso m̃ summa papauera carpo.
H ic flores desunt inscripti nomina regũ.
Q uod solum potui studio ludente socordi.
A lba ligustra m̃ iam sponte cadentia legi.
P ollice nec pueri dignata nec ungue puelle.
I nde rudi textu. non coniuncto bene textu
C onserui paruas has qualescũq; coronas.
V os o thebei gratissima nomina regi.
V otis posco piis. hec serta locare uelitis.
I nter uictrices lauros ederasq; uirentes.
S i rude uilet opus. si rerum futile pondus.
A t non uilescat. pia quod deuotio prestat.
N empe quadrans uidue ditũ plus ponderat ere.
R eddo patri laudes. proli cũ pneumate grates.
O m̄ia qui trinus per sclã regnat & unus; Amen.

Explicit passio Scõr thebeorꝫ.

Ymnus fortunati de eisdẽ martirib;

T urbine sub mundi cum ꝑsequerentur iniqui
X p̄icolasq; daret seua procella neci.
Frigore depulso succendens corda peregit.
R upibus in gelidis feruida bella fides.
Q uo pie Mauricii ductor legionis opime.
T raxisti fortes subdere colla uiros.
Q uos positis gladiis armasti dogmate pauli.
N omine pro xpi dulcius esse mori.
P ectora belligero poterant qui uincere ferro.
I nuitant iugulis uulnera cara suis.
H ortantes se clade sua sic ire sub astra.
A lter in alterius cede natauit heros;
A djuuit rapidas rhodani fons sanguinis undas.
T inxit & alpinas ira cruenta niues;
T ali fine polos felix exercitus intrans.
I unctus aplicis plaudit honore choris.
C ingitur angelico uirtus trabeata senatu.
M ors fuit unde prius. lux fouet inde uiros.
E cce triumphantũ ductor fortissime regum.
Q uatuor hic procerũ pignora scã iacent;
S ub luteo tumulo latitat celeste talentum.
D iuitiasq; dei uilis harena tegit.
Q ui faciunt sacrum paradysi crescere censum.
H eredes dñi luce perenne dati;
S idereo chorus iste throno cũ carne locandus.
C ũ ueniet iudex arbiter orbis erit.
S ic pia turba simul festinans cernere xpm.
V t celos peteret. de nece fecit iter.
F ortunatus enim ꝑ fulgida dona tonantis
N e tenebris crucier. queso feratis opem;

Domnus sigebertus morum probitate & scientie multipli
citate laudabilis & gratus suis temporis sapientibus. non
indiget nostris laudibus. quia laudant eum opera eius.
Cum enim esset iuuenilis etatis tempore marsolium abbatis. met
tensibus notificatus. & in cenobio sancti vincentii martyris. cum
fulcuino abbate diu conuersatus. sapientie fons patens erat
non solum monachis. sed & clericis. ad se undique confluentibus.
Multis mettensium hodieque dulcis est eius memoria. in quibus
adhuc supersunt doctrine eius uestigia. Que uel quanta illic
degens rogatu eorum scripta ediderit. ipse ostendit in
libro illustrium uirorum quem composuit. Nec solummodo xpianis.
sed & iudeis in eadem urbe commanentibus erat carissimus. pro eo
quod hebraicam ueritatem a ceteris editionibus secernere
erat peritus. et in his que secundum hebraicam ueritatem di
cebant. iudeorum erat consentiens assertionibus. Post multum
tempus uix impetrata licentia rediens ad cenobium gembla
cense. multa contulit ad usum & ornatum ecclesie. que ad qui
sierat uoluntaria eorum quos instruxerat liberalitate.
Frequentabant autem eum maiores natu. excellentiores gradu.
acutiores sensu. qui erant in urbe leodicensi si quid questi
onis occurreret eis ad hunc deferre. & cum eo conferre soliti.
Horum precipuus erat domnus henricus archidiaconus & deca
nus ecclesie sancti lamberti. cuius rogatu scripsit. ad treuirenses
librum de ieiuniis quatuor temporum. & multa que comme
morat in libro illustrium uirorum. In cenobio gemblacen
si me qui hec scripsi. & multo meliores erudiuit. quorum
multos ante se premisit. paucos pro dolor post se dimisit.
Et uir prudens cum esset multe grauitatis. non erat indi
screte austeritatis. sed erat ad omnes ut res poscebat. discre
te mediocritatis. Scripturarum maxime diuinarum lectio
& meditatio eum occupabat. sed tamen cotidiana missarum

celebratio & deuota ad deum oratio. semper eum preoccupabat.
Longa confectus senectute cum decubuisset extrema egri
tudine nichil amittens insite sibi prudentie. fratrumque uo
luntas esset. ut cum obiret intra monasterium sepulture
locum acciperet. ut uir altioris consilii malens in con
spectu dei humilis quam presumptuosius inueniri. obnixe
petiit. in cimiterio nostro fratribus omnibus consepeliri.
Obiit quinto nonas octobris. tempore domni liethardi abbatis.
Iustis consertus. uiuat xpo sigebertus.

Epitaphium domni Sigeberti.

Heu mors merois. Crementum causa doloris.
O per te quantos Luget mundus sibi raptos.
Spicula nos feriunt. Ad cor quoque uulnera figunt.
Figitur hoc menti Vulnus. non est quod retineri.
Effringens hic cor Induratum ferit angor.
Cum mors dissocians Germanos omnia mutans.
In quibus est caris Et feruet amor socialis.
Turbat mutando. Rumpit quoque pollice duro.
Et naturales Affectus sic sociales.
Efflorescat homo. Licet ut flos tempore verno.
Res rebus cumulet. Mentem corpus quoque uexet.
Sollicitus curas Explens secum ruituras.
Vna dies miserum Penitusque facit miserandum.
Sit rex. sit princeps. Opibus paupercula sit plebs.
Par trahit hos mortis. lex. discretissima quamuis.
Est euenit iustis Iuste discretio sortis.
Terrea terrenis. Terreque placent studiosis.
Rerum contemptus Vanarum parcior usus.
Extenuans iustos. Promptos magis efficit illos.
Sint ut in ascensu. Recti sint corde uel actu.
Amitti superis. Emitti funditus imis.

Hanc isti summe . Certent pra gaudia uite.
Certamen sit eis Omnis custodia cordis .;
Tendit enĩ laqueos Raptor circũq; paratos.
Et tã multiplices . Habet eĩ mens fraudes. mala
Tutus ab his sensus Ut non sit corporis ullus.
Et meritũ minuat. Iustis. uel eos sibi subdat.
Viribus adq; doli ⁊ Concertat subdolus hostis.
Si mentes fluxas Absorbet. nil putat illas .;
Gr͞a xp͞e tibi . P te superant quia iusti.
Omnes decipulas. Et quas parat ille ruinas.
Deuia sectantes Reuocans. iungis tibi stantes.
Et tua spes n͞ras Iuuat explens larga potestas.
Spe saluos faciens. Ad rem gratos tibi ducens.,.
Consimilis iustis Multo studio probitati ⁊.
Aptus diuinis Et mundi rebus agendis.
Lux uite. Speculũ Worme. fueras Sigeberte.
Cui tũ sermo persoluit debita scripto.
Vixisti concors. uiuas p secula consors.
Sint et defunctis. Eadem consortia tr̃is.
Dant binos uersus. nostri de se. sibi uersus;.;

Incipit passio S͞ce Agnetis m͞r xp͞i versifice.

Agnes sacra sui pennam scriptoris inauret;
Lingua nectareo compluat ymbre meã.
Eius martyrium metris depingere tempto
Floribus. ut doceat passio scripta fidem.
Floruit urbs rome p̃misse uirginis ortu.
Et uelut hoc speculo tota refulsit humus.
Orta puella nouo respsit lumine romã.
Inclita stirpe. decens ore. decora fide.
Ut stellas sepelit radians uibratio lune.
Sic socias roseo uirgo decore premit.
Tot dotes in eam nature gr͞a fudit.
Qđ quasi mendicans post sua dona fuit.
Astra. ligustra. rosas. imitat͞r. reddit adequat.
Ignea. clara. rubens. lumine. fronte. genis.
Prefulgent oculi uelut astra. caput uelut yris.
Frons quasi nix. facies ut rosa. dens ut ebur.
Preter tot specula dotũ prefulgida cunctis.
Nobilior fidei gemma beauit eam.
Virgo quidem sexu. uir in actu. flaua capillis.
Sensu cana. breuis corpe magna fide[illegible].
P fidei titulo qũ roma purpurat e[illegible].
Passio. post decimũ tercius annus erat.
Que dum studiis de reditu parat. heret in illã.
Lumine prefecti filius. illa placet.
Illicuit iuuenẽ flos oris. lux oculorum.
Frontis lana gene purpura. dentis ebur.
Intuitũ iuuenis decor iste reuberat intus.
Vulnerat. unde sibi pabula sumit amor.
Curarum murm̃ in pectore serpit amoris.
Vulnere fuscata lux rationis hebet.
Succinctusq; dolis. uerbis. ⁊ munere captus.

Lylia uirginee carpe temptat amans.
Hanc prece tangit amor. donis adit. arte fatigat.
Nil prece. nil donis. nil amor arte ualet.
Predia promittit. formam iactat. genus effert.
Non habuere locum predia. forma. genus.
Hic amat. hec odit. hic supplicat. illa repugnat.
Ille dat. hec spernit. hic cupit. illa negat.
Omnis conspirat rabies in dampna pudoris.
Sed manet absque nota floridus ille pudor.
Stat pudor immotus. fit amor delusus amantis.
Sauciat auditum talibus illa sonis.
O turbo pacis. o dux necis. o pudor orbis.
Supprime uerba. moras rumpe. recede procul.
Quid das. quid speras. quod stulte seris. sine lucro.
Munera sunt sine re. spes. sine melle labor.
Me ligat alter amans. quem preponunt tibi stirpis
Nobilitas. forme gratia. culmen opum.
Ex cuius digitis gemmas mihi uendico. cuius
Ex oculis lumen. cuius ab ore fauum.
In thalamis [illegible] et in mensis et in aulis
Cuius plectra [illegible] canunt. mel fluit. astra micant.
Ridet. olet. garrit. flos. thus. auis. et in ortis.
Ridet flos. redolet thus. cytharizat auis.
Hic est de cuius specie. lune rota solis.
Circulus. astrorum flamma stupere solent.
Lunares radios. et solis fulgura. et omnes
Celi candelas. cereus iste premit.
Omnia stellarum preclara monilia sumunt.
Ex eius speculo quicquid honoris habent.
Hic mea ditauit armillis brachia. pectus.
Cristallis collum torque. decore gena.

Cyclade membra. manum gemmis. sertis caput. aures
Saphyris. mensam nectare. flore thorum.
Hic est qui celum stellis. qui gramine terram.
Aera ditauit alite. pisce fretum.
Cuius odor. cuius tactus. cuius decor egros.
Sanat. defunctos suscitat. astra premit.
Isti me uoueo. sponsalia debeo. mentem
Subdo. seruitium prebeo. seruo fidem.
Qui nulla niueum denigrat labe pudorem.
Sed casto castum seruat amore decus.
O sic casti sponsi celebris dignatio. cuius
Oscula casta. sacer tactus. honestus amor.
Hunc sequor. hunc fateor. hunc nocte dieque frequento
Mente sequor. fateor ore. frequento prece.
Finis erat uerbis. iuuenem torquet furor. angit.
Cura. dolor cruciat. fraus agit. urit amor.
Cedit. abit. morbum simulat. totaque furoris
Illecebram. febris nomine uelat amans.
Febrim mentitur. pectus gena. lumina anhelum
Fit pectus. gena fit pallida. lumen hebes.
Consulto medico didicit pater omnia nato
Blanditur. temptat uiscera. spondet opem.
Surgit. abitque. preces instillans uirginis auri
Astipulans precibus aurea dona suis.
Dando. precando. nichil uenantur perfidus artes.
Pondere dona carent. deuehit aura preces.
Federis insigne. quem primo debet amanti.
Candor uirgineus se uiolare negat.
Qui sit amans cuius Agnes collaudat amorem.
Prefectus famulum consulit. ille docet.
Indicat hic tanta delusa fraude puellam.

Ut se cum xp̄o fedus inisse putet.
Totus ad hanc uocem hilarescet iudex. ⁊ agne
Patribus insinuat hanc reuis ēē ream.
Nam quia famoso rutilabant nomine patres.
Uirginis. inferre uim sine lege timet.
Ut xp̄i seruos romanus puniat ensis.
Lex erat. hac iudex palliat arte scelus.
Hanc g̃ iussit furor offerri sibi. uotū
Iussis arridet. uirgo uocatur. adest.
Lenit ⁊ increpat hanc n̄c blandit̄. n̄c terret.
Nunc pluit ille p̄ces. n̄c tonat ille minis.
Sed neq; rore precū sinceras polluit aures.
Nec mentē tonitru concutit ille suo.
Iudex expertus se litus arare. uidensq;
Mentiri dn̄o semina, p̄dit in hec.
Si tuus ille pudor uelit hunc seruare tenorē.
Ut celebres ueste sacra. necesse tibi est.
Illas uesta petit quas candor floridus ornat.
Uirgineas querit. uirginis ara manus.
Exit in hec uirgo. lapidi n̄ supplico. lignū
Non ueneror. uestam nescio. sperno deos.
Urā quidem uesta lapis ē. quā nomine falso.
Uobis mentit̄ aurea forma deam.
Non aliquo deitas insigni consecrat illam.
Nec aliquem sensum uita ministrat ei.
Huic desunt manuū tact̄. lingue sonus. auris
Auditus. frontis uisio. naris odor.
Carne nec ē palpans. nec fronte uidens. n̄ odorans
Nare. nec auscultans aure. nec ore loquens.
Iudex inquit. adhuc etas pro te puerilis.
Supplicat. ⁊ pene p̄trahit illa moram.

Sed sterili uerbo quid tempa fallimus. ecce
Que iubeo duo sunt. quod libet illud age.
Aut sacra iussa feres. aut scortū facta. pudoris
Incurres maculā tota sacrata reis.
Illa uiri mente responso uulnerat isto.
Falleris. ⁊ sterili uomere litus aras.
Candorem fidei neq; carbo polluet ars.
Nec carnis florem polluet ullus amans.
Xp̄c utrūq; sibi corp̄q; fidemq; sacrauit.
Seruans a macula corp̄. ab hoste fidem.
Uir meus iste quidē. custos meus. ⁊ meus auctor
Uir mentis. custos corporis. auctor operum.
Xp̄c enim spes ē. lux ē. medicina suorū est.
Spes miseris. cecis lux. medicina reis.
Hoc duce me certe. nec frangit pena n̄ ensis.
Terret. nec uincit fraus. neq; turbo quatit.
Hic est qui lucē phebea lampade ditat.
Et lune speculo noctis honorat iter.
Qui croceos flore ridentes purpurat ortos.
Fronde nem̄ crispat. messe decorat agros.
Ut breuib; uerbis hunc depingā t̄. nouit
Omnia. disponit singula. cuncta potest.
In titulos eius quā lata sit area. lingua
Uoluere. mens scire. scribere penna nequit.
Cum meus iste ihc tot dotū fulgeat auro.
Urōs nobilitat gr̄a nulla deos.
Urī nec mente uigent. nec carne mouent̄.
Nec uita spirant. nec deitate uigent.
Gressu n̄ pedib;. sensu n̄ corpe. tactu
Non manib;. uerbis. n̄ tam̄ ore carent.
Fax hui̅ uocis in flammā suscitat iram.

Presidis. ad facinus compulit ira uirum
Agnem deludi. tradi lenonibus iri
Verbere. nudari uestibus. ira iubet.
Paretur. nudat manus impia ueste puellam.
Intuitum fallit nuda puella tamen.
Crini uirgineo se gratia tanta refudit.
Vt totum corpus crinis obumbret honor.
Iam celebris nouitas animum mollire furentis.
Non potuit. nec eum causa pudica mouet;
Sed noua preceptis addens calcaria seruos
Instimulat. cumulat post data iussa minas.
Ergo minas sequitur effectus. cepit ad edis.
Impure caueam uirgo pudica trahi.;
Eius ad ingressum tenebras. et sordis odorem
Funditus emungit cella maligna foras.
Angelico Christus cellam fulgore serenat.
Luminis auctorem lumen adesse probat.
Angelus hic. ibi lux. odor est ibi. consecrat antrum.
Angelus. irradiat lumen. adimplet odor.
Virgo preces fundit. non fallunt uota precantem.
Vt sacra menbra tegat. palla refulget ibi;
Que sic mensure carnis respondet. ut ipse
Angelicam credas hic studuisse manum.
O felix Christi dignatio. quo duce tantas
Luxurie syrtes transnatat ille pudor.
Nullus eam delusit amans. sed lucis adorans
Vibrantes radios. quisque redibat ouans;
Iam iuuenum torpebat amor. cum criminis auctor
Aduolat huc iuuenis. ad sua uota celer;
Ingressusque locum sociis disiungitur. antrum
Solus init. cinctus arte. furore. dolo;

Luminis ingressum uix uti ceperat. eius
Verberat intuitum. lucis imago sacre.
Spernit amans tantum decus. et nullius honoris
Impetit titulos. tam speciale iubar.
Ignarusque more. medium fulgoris abyssum
Impetit. et propius imperat ire manum;
Cumque sacrata uellet manu lasciuia carnem
Tangere. mors illum sustulit ultra scelus;
De reditu iuuenis comitum spes fallitur. ille
Non redit. hunc retinent compede fata suo;
Cur tantum reditus iuuenilis torpeat. unus
De sociis cellam consulit. antra subit;
Cumque uago cellam perlustrat lumine. funus
Offendit. socios aduocat. orat opem;
Affluit huc omnis iuuenum lasciuia clamor
Exoritur. resonant murmura. corda strepunt;
Fama noui casus patris aurem sauciat. ille
Territus. aduolat huc. urbe sequente uirum.
Indulget lacrimis oculus. cor cura molestat
Tingitur ymbre gena. scinditur ungue coma.
Ora. locum. mentem. prorat. concutit. urit.
Lacrima. lingua dolor. fusa. sonora grauis.
Extinctum florem iuuenilis corporis. Agne
Fraudibus assignat. uox lacrimosa patris;
Imputat huic facinus. ueluti si uirgo fuisset
In iuuenis mortem sortibus usa suis;
Intulit hec Agnes. erras si sortibus usam
Nostram credideris in tua dampna manum.
De tanta segete iuuenum. cur angelus ultor
Messuit hunc solum. congrua causa patet.
Perstrinxit mentes iuuenum lux ista. sed huius

Mentē non tetigit luminis hujus honor.
Qui dū me grauiter impura tangere dextra
Nititur. excussit ultro digna nefas.
Preses in hec. natū m̄ si cū luce relignes.
Sermoni pondus res dabit ista tuo;
Virgo sub hec. opus hoc meritis n̄ debeo uiris.
Discrepat a uīa gīa tanta fide.
S; quia tempus adest. ut xpi candida uirtus.
Prodeat in lumen. quod petis illud habe;
Huic g̃ celle se subtrahat illa iuuentus.
Vt magis in p̄cibus sim studiosa meis;
Dixit. ad hanc uocē subito totus euolat omnis
Flos iuuenū. fundit uirgo beata preces.
Arridet p̄cibus uotorum gīa. surgit
Mortuus. affirmans ydola digna face.;
Huic sonat in lingua ihc. illi xpc in ore
Est fauus. in corde lum̄. in aure melos;
Res noua. cultores templorū incitat. ustit.
Mentes cura. timor concutit. ira cremat.
Omīs in solam ꝯspirant. hanc nece dignā
Clamant. & magicis artib; ēē ream.;
Patris ꝯtemptant animū ꝓ sospite nato
Gaudia sedatur seua doloris hyemps.;
Iam torpet rabies. iam detumet unda minarū.
Iam dare uult ueniā. iam parat esse pius.
Parcere uult flori niueo. n̄ lex. n̄ uulgus.
Et n̄ pontificū turbo repugnet ei.
Vincitur his pietas tantarū turbine rerū.
Fracta. nec ad finem mens pia duxit opus.
Nubilus. inde tamen abit hinc onerans. & honorans
Aspasium. legum iure. suoq; loco.

Ad ꝓpti nutū deflectens iuris habenam.
Iniuste tractat p̄fidus ille uices.
Quem dum uulgaris rabies de morte molestat.
Virginis. ignib; hanc imperat ille dari;
Implendo sceleri sacrifex accingitur. ignē
Suscitat astipulans arida ligna rogo;
Sulphuris auxilio ieiunus pascitur ignis.
Feruet & exundat flāma cruenta nimis.
O scelus illa caro que nullū nouerat ignē.
Illecebre. mediis ignibus esca datur.
Nil tamen egit in hanc p̄sens combustio. uires
Est oblita suas. nescia flamma sui:
Non est ausa suis in uirgine uirib; uti.
S; quasi compatitur & miseretur ei;
Porro uiros quosdā qui flāmas sulphure pascunt
Igneus inuoluit in sua iura globus.
Que stupeo duo sunt. neqm̄ dux. & pius ignis.
Arbiter iniustus. iustaq; flamma fuit;
Ignescit sacrifex. in penā uirginis. ignis
Frigidus ē & iners. nilq; caloris habens;
In flamme medio nimbo respsa supni
Nectaris. his agne uocibus usa fuit.
Ipse tibi laudum refero p̄conia. uota
P̄soluo. grates offero. fundo preces.
Cujus dulcedo. cuius dilectio. cujus
Gr̄a. munit. amat. tutat. ab hoste suos.
Te duce tortoris contempsi lora. caribdim
Luxurie. flāme uim. juuenūq; minas.
Inter tot syrtes. m̄ factus es anchora. nullū
Te duce naufragium p̄tulit iste pudor;
P te xpe tuli tot amara. s; esse labori

U igne respondens premia iusta meo.
Iam teneo quod speraui. uideo q̄d amaui
Tango quod optaui. sortior id quod emi;
Oris uirginei uox ad xp̄m uolat. eius
Nares resp̄gens. thuris odore sui;
Post eius mortē sic tota molestia flamme
Torpuit. ut nunqm̄ uiueret ignis odor.
Ignis non ausus ḡ spirare. furorem
Deponit. p̄dit uim. reprimitq; minas.
Turbam conť bat. noua signi grā. signū
Vidit & inuidit. plebs. fremitūq; dedit.
In scelus aspasiū plebs urget. ut ḡ cruorē.
Innocuū gladius ebibat. ille iubet;
Maturat facinus. tortoris dextera penam
Et furiens. armat cuspis acuta manum.
Virgo cruore suo. lictoris inebriat ensem.
Sanguinis effusi p̄pura pingit humū.
Agnetis meritū triplex insigne uenustat.
Munda caro. rosea passio. certa fides.
Agnū qui mundi peccatū sustulit. istis
Virtutum titulis uendicat agna sibi;

Explicit passio scē Agnetis. v̄. Incipiunt
Versus de patricida.

Semper ut ex aliqua felices parte querant.
Leges humane conditionis habent.
Miles erat Rome. p̄bus armis. reb; habundans.
Urbe potens. felix coniuge. clarus auis.
Voce. manu. facie. facundus. larg⁹. honestus.
Vir sapiens. stabilis. temp̄e. mente. fide.
Sponsa uiro. n̄ stirpe minor. n̄ morib; impar.
Non erat senior. dissimilis ue fide;

Prompta. modesta. timens. n̄ ut solet ēē frequent̄.
Imperiosa suo femina pulchra uiro;
Luxus opum uacuos gn̄ans declivis ad actus.
Non fecit mores degenerare bonos.
Cum soleat leuitas iuuenilib; ēē sub annis.
Non leue gessit opus femina. pulchra. potens.
Pulchraq; casta fuit. que uirtus rara uenustis.
In fragili sexu rarior esse solet;
Feminee uitium. nature. mobilitatē.
Cauit. & ingenite crimina nequitie.
Affectusq; leues quadam sub mole refixit.
Et potuit sexus immemor esse sui.
Sic ḡ p̄ba iuncta p̄bo. formosa decoro.
Callida sensato. relligiosa pio.
Sors arrisit eis. fauit natura beati.
Omnib;. excepto munere. plus erant.
P̄fecti minus hoc uno. si p̄le carere.
Est a p̄fecta p̄speritate minus.
Spes ḡ sobolis multos dampnata p̄ annos.
Cetera nature dona placere uetat.
Successus alios. alios obscurat honorat.
Fortunamq; facit omnib; ēē reatū.
Flentq;. dolentq; magis. nec enī natura repugnat.
Nec grauitas eui languidioris obest;
Non senis hec gelidos causari coniugis annos.
Ille nec uxoris frigida menbra potest;
Etati confisa sue. superumq; fauori.
Spem gerit in uoto femina sola suo.
Spemq; sup̄ dubiam fati quid uoluerit ordo.
Certior esse uolens. consulit astrologum.
Qui poterat stellis superū deprendere curas.

Parcharum mentem consiliumque iouis.
Nature causas secretaque scire latentes.
Et que fata quibus legibus ire uelint.
Iste mathematice studiis exercitus artis.
Per temptat numeros. astra mouentis numinis;
Exquiritque uagos numeri ratione planetas.
Quorum sollicitus puncta gradusque notat.
Ex qua consulitur momentum colligit hore.
Et pendit in huius esse. modumque rei.
Est ait et uideo tibi filius. ecce maritus.
Implebit steriles fertilitate sinus.
Et paridem geret in facie. geret intus achillem.
Nec probitas fastum nec sibi forma dabunt.
Pauperior cresus. minus illo doctus ulixes.
Frena dabit ratio rebus et ingenio;
Inter felices fatalia commoda uite.
Romulee dominus et pater orbis erit.
Patrem. sed taceo. tamen quod primus. arguis. instas.
Occidet. fato sic agitante suum.
Sic erit. adde fidem. iouis est sic fixa uoluntas.
Quicquid prescivi. nil habet ambigui;
Fata tibi spondent. dii spondent. sidera spondent.
Res rata quam spondent. sidera. fata dei.
Gaudeat his fatis doleat ue reuertitur anceps.
Femina celestis conscia consilii.
Roma tibi regem. mortem paritura marito.
Tristitiam gaudens. gaudia tristis habet.
Sollicitam sensit uigili marcescere cura.
Vir suus. et causas hic rogat. illa docet.
Audit. et attenta tristique recolligit aure.
Miles fata sue prodigiosa necis;

Hoc ait in uoto superos piget esse sodales.
Inde malus mihi est iuppiter. unde bonus
Unde precor meus uxor amor. mea sola uoluptas.
Altera pars anime dimidiumque mee.
Cum fuerit soboles genio concepta sinistro.
Et tua maturum fuderit aluus onus.
Affectus oblita pios oblitaque matrem.
Ne dubites puerum mortificare tuum.
Si patiaris eum super esse mihi moriturо.
Hec pietas. species impietatis habet.
Finierat. flevere simul. mora nulla sequenti.
Nocte iacent pariter. concipit illa. tumet.
Maternos menses nature legibus implens.
Edidit ad numeri tempora certa sui.
In nascente fuit tante deitatis imago.
Vix potuit credi materialis homo.
Nupta uirum. mater puerum dum diliget heret.
Et dubitat puero parcere. siue uiro.
Formosus. niueusque puer se cogit amari.
Et matrem mollit. et uetat esse feram.
Pulcher. et irate uisus ridere parenti.
Oranti similis ne moreretur erat.
Ad speciem pueri preces discussit amarum.
Formose sobolis gratia mente uirum.
Que nunc esse sue sobolis medea parabat.
Cepit maternus scire quid esset amor.
Parcit ei pietate ferox. maioraque uite.
Tempora dat nato. dum breuiora uiro.
Et mentita necem procul inde remittit alendum.
Et tacita miserum decipit arte uirum.
Exilio felix puer est. alienaque lactans.

Ubera. nutritur sedulitate pia.
Creuit honor forme. cum florida cresceret etas.
Laudari potuit. tantus ab hoste decor.
Nomen in ambiguo. sed patricida uocatur.
Imperat archana sedulitate parens.
Ut iuuenis tantumque nefas tantumque furores.
Horreat. audito nomine sepe suo;
Ut rudis accepit primos infantia sensus.
Traxit et interior uim rationis homo.
Emicuit tam mente capax uelut esset adultus.
Maturos plene temporis usque dies.
Ascendensque gradum doctis promptusque iuuente.
Philosophis studuit. proximus esse comes.
Nouit enim quam syderibus quam primitus orbi.
Semente dederit materiamque deus;
Que fuit in rebus ratio. que causa creandis;
Quos habeant nexus. quas elementa uices.
Et numeri quo fonte fluant. qua lege ligentur.
Quo sibi conueniant scemate disposita.
Musica quo numero uel qua sibi proximitate.
Dissimiles iungat consocietque sonos.
Astra quibus spaciis distent septena planete.
Mensus utrosque polos. mensus utrumque mare.
Astrorumque uias humanaque facta sub astris.
Et fessos celos hercule sustinuit.
Rethoricos quoque uolens non ignorare colores.
Succincte didicit perspicuumque loqui.
Naturas generum lima grauiore reuoluens.
Pectore diuinum clausit aristotilem;
Et quicumque potest humana lacescere membra.
Aut dolor. aut morbus. pellere nouit eos;

Sic fecit pectusque capax. mentemque profundam.
Amplum septenis artibus hospitium;
In uenerem suspecta quies uiciisque propinqua.
Ocia. iam iuueni causa timoris erant;
Tranquillos timens lasciui temporis annos.
Transit ad armate pondera militie.
Institit assiduus bellis. meruitque fauorem.
Armaque successu non caruere suo.
Cesareos titulos transgressus. et herculis actus.
Unica romulee gloria gentis erat;
Quem probitas adeo uirtusque leuauit in altum.
Esset ut ausonii signifer imperii.
Sed super orbis opes supremaque culmina rerum.
Certat uis superum ponere posse uirum.
Pugnat ad hoc lachesis. super hoc fortuna laborat.
Comprobat hic uires iupiter ipse suas.
Et quia sic fieri fatalis postulat ordo.
Hanc sibi regnandi fata dedere uiam;
Emula romani karthago nominis. arma
Forte sub ausoniis finibus intulerat.
Ergo mouent aquilas infaustaque signa quirites.
Conscriptosque patres hora sinistra trahit.
Occultarat enim sub opacis uallibus agmen.
Penus. in excidium regia roma tuum.
Sic super insidias. inopinaque tela senatus.
Incidit. et potuit tunc sine marte capi.
Rex captiuatur. captiuaturque tribunus.
Nec deprensa potest turba referre pedem.
Undique genus eneadum latieque potestas.
Gentis. et albane nobilitatis honor.
Non alibi potuit melius cognoscere roma.

Quam dubias dubius mundus haberet opes.
Ad patricidam cum signifera legione
Lucebat melior sors. meliore via.
Cui populi aspectu confusi puluere belli
Primus intendit succubuisse suos.
Occurrens igitur uenientem preuenit hostem.
Obiecto sibi milite claudit iter.
Hostilesque globos fatis melioribus intrans
Deuicit penos. liberat ausonios.
Ancipites hominum uersat sors ceca labores.
Secula nostra. iocus. ridiculumque dei.
Conuersis uicibus iacet affrica. roma triumphat.
Victores uictos extimuere suos.
Et tanquam timeat roma sacer ordo deorum.
Protinus et celeri dampna leuauit opus.
Sic igitur potuit ueniam fortuna mereri
Dum dedit euentus post mala fata bonos.
Sors audita mali luctu confecerat urbem.
Magnaque maioris dampna pudoris erant.
Leta superueniens permisso fama dolori.
Ex ipsis potuit gratior esse malis.
Primum narratur qua ualle. quibusque latebris.
Penorum steterit insidiosa cohors.
Et quantus latios belli cecauerit ardor.
Ne tacitos possent ante uidere dolos.
Qualiter augustos romanaque uiscera patres.
Strinxerit in laqueos affrica dira suos.
Quam parua patricida manu contriuerit hostem.
Et tibi roma tuos reddiderit populos.
Sic patricida suis formosus et inclitus actis.
Creber et in uulgi plurimus ore sonat.

Rex ubi collegit quas fert uictoria predas.
Nam lucri dominus non tamen auctor erat.
Romam uertit iter. patribusque legenda uerendis.
Littera dirigitur. littera talis erat.
Ut sibi pro uicta karthagine debita laurus.
Et merita latio more daretur honor.
Romani super hys bene quid statuatur. acuto
Consilio uersant. excogitantque diu.
Undique pensatis rationis acumine rebus.
Nil meriti fatis regis inesse uident.
Cui male fucata romani laude decoris
Victus. et in bello preda fuisset iners.
Neue tamen possit turpi doluisse repulsa.
Nam male contemptum fert grauis ira ducum.
Pagina signatur cuius dare siue negare.
Ambiguus sensus significare potest.
Nullius obsistit meritis seruire parata.
Victori semper regia roma suo.
Nam cui laurigeros meruit uictoria currus.
Non illi meritos roma negabit eos.
Qui populos uicit karthaginis. ille fatemur.
Ille triumphales scandere debet equos.
Spem mentita bonam fallaci littera uultu.
In primis potuit letificare ducem.
Mox ubi consuluit mentem. totumque cucurrit.
Et tulit ad sensum singula uerba suum.
Sicut homo discretus erat non motus in iram.
Ambagem dubie sentit uocis ait.
Ergo patricidam nec enim laudes alienas.
Regia mens egre sustinet. alloquitur.
O iuuenis quem siquis inest uigor inserit astris.

Nascentem uidit sideris hora boni
Cui fortuna fauens ne postmodum certa nocet.
Excusat uitii crimen onusque sui.
In cuius facie nature cuncta potentis.
Argumenta patent. laus tua forma dee.
Per quem nec pudor est ereptus ab hoste reuertor.
Redditus uxori deliciisque meis.
Ecce dies qui progrediens ex ordine fati.
Reddet uirtuti premia digna tue.
Sceptra tuus fateor meruit labor. accipe sceptrum.
Et meritum regimen urbis et orbis habe.
Uicisti penos. et quos tibi roma parauit.
Curribus et pompis utere pace mea.
Juste roma uidet seruataque linea recti.
Est in contemptu plus mihi grata meo.
Nec meus inde potest pudor aut iniuria dici.
Justitie potius nomen habere potest.
Ergo nec inuideo curru fulgente ueheris.
Letaque fama tuum nomen ad astra feret.
Ergo nec inuideo uentura per sola laurus.
Crinibus accedet digna corona tuis.
Grande uoco meritum quem dat tibi roma triumphum.
Quo tibi do munus grandius esse puto.
Ergo nec inuideo trabeam sceptra quirini.
Accedent meritis gloria multa tuis.
Romanis hucusque meis te prefero regnis.
Estque fretum munus terraque lata tuum.
Obstupuit iuuenis. et que rarissima uirtus.
De sibi collato tristis honore fuit.
Dum parere negat. uenientes ordine pompas
Aspiciunt. illinc uulgus. et inde patres.

Rex capitis diadema sui licet ille repugnet.
Collocat in iuuenis uertice. sceptra manu.
Sic trabea tectum sic omnia regis habentem.
Obtulit. sic oblatum roma recepit eum.
Et niueos super altus equos plaudente senatu.
Ad capitolium ducitur usque iouem.
Audierat neque enim gestorum deficit index
Imperium nati mater amica sui.
Mouit ad hoc pietas amor et nata parentem.
Leticia potuit pene perire sua.
In lacrimas tum erumpunt pia gaudia matris.
Quas dolor et potius dampna mouere solent.
Ut satis applausit cum nato mater honori
Legitimo risus fine repressa suos.
Pectoris archanum uelut in penetrale recepit.
Et silet. et quid agat consulit ingenium.
Astrologi super augurio super ordine fati.
Astupet. et stellis sentit inesse fidem.
Jam de preterito trahit argumenta futuri.
Cetera predicto credit itura modo.
Ergo re faciente fidem pro morte mariti.
Cogitur ad ueros sponsa uenire metus.
Ad sobolis decus aspiciens obitumque mariti.
Leta per alternas fitque molesta uices.
Quando uirum ut dulce uiri quodcumque fuisset.
Presens ante sue lumina mentis habet.
Pectora iocundis successibus exhilarata.
Uendicat hospitium cura dolorque sibi.
Cum patricida credit quale quantumque uideri.
Dat maternus amor. non habet ira locum.
Cumque subit socialis amor fedusque maritum.

Integritas uite. nec uiolata fides.
Non peperisse uelit. natus. natique potestas.
Displicet. et prorsus desinit esse parens.
Interdum mitescit atrox. blandamque parentem.
Induit. et uincit filius ipse uirum.
Alterius dolet. et gaudet miseretque beata.
Ponderat ad casus dulcia fata malos.
Anxia distrahitur dubioque miserrima uoto.
Fluctuat. et bellum mater et uxor agit.
Si queat eterno parcas peruertere cursu.
Vellet pro domino fata subire suo.
Sed tristis lachesis et inexorabile fatum.
Non nisi prescriptas uis habet ire uias.
Vir suus interea curis super occupat egras.
Tumque super fatis peruigil huius erat.
Inuitoque uiro durus prope fata uidebat.
Ingemit affectu uera sabina pio.
Compressos diu tandem uelut agmine facto.
Discursu lacrime liberiore fluunt.
Obriguit dominus lacrimis uiolentius ortis.
Nescio quid taciti sensit inesse mali.
Currit in amplexus et dulcia oscula care.
Coniugis irrumpit. et rogat unde dolet.
Cui tamen illa nichil. premit importunus et heret.
Instat et incumbit. multiplicatque preces.
Quo plus molesta silet. potuit suspectius esse.
Quod dubitat tanta sub grauitate loqui.
Querit perque fidem. thalamique sacros himeneos.
Quis quibus e causis fluxerit iste dolor.
Si res consilii. tutas descendet in aures.
Si scelus. hoc poterit scire maritus amans.

I Lege thori thalamique fide compulsa fateri.
Que melius poterant utiliusque tegi.
Est ait unde querar de te natura creatrix.
Que nichil ad summam perficis usque manum.
Multa licet dederis minus est quod femina nascor.
Defecitque tuus hac mihi parte fauor.
Is meus est sexus qui detestatur honestum.
Cui quicquid scelus est uendicat esse suum.
Si libeat superis genus euertatur iniquum.
Femina uiuat homo tum suus orbe suo.
Aura nocens. maris unda tumens. irataque pugna.
Non necat ad numerum femina dira tuum.
Planta uel arbor habet quibus extendatur in euum.
Semina perpetuant. continuantque genus.
Femina non aliter radicem criminis in se.
Sementemque mali materiamque tenet.
Tempora si redeant antique simplicitatis.
Argutique cadat spiritus ingenii.
Femina sufficiat artes reparare nocendi.
Perfidieque nouum forsitan addat opus
Tempore mitescunt posita feritate leones.
Tempore leniri tigris et ursa solent.
Fixa pedem tenet ad facinus. numquamque maligna
Mutat naturam femina sola suam.
Si qua suum penitus desciuit femina sexum.
Plus niueo coruo prodigiosa fuit.
Sed quid nature uitio. sed quid genuinus
Moribus ascribo criminis huius onus.
Quod mala. quod nequam. quod atrox. quod femina feci.
Ad sexum refero. turpiter ipsa meum.
Non bene causa nitet. qua se mea culpa colorat.

Seque meum facinus non habet unde tegat.
O coniunx decepte diu. que creditur uxor
Que tibi non uxor sed magis hostis erat.
Forsitan obsequiis et blanda sedulitate.
Credebas animum promeruisse meum.
Ad primis cui gradibus tuus unicus ardor.
Unicus affectus unica cura fui.
Sed bene facta tuis male respondentia uotis.
Equalis meritis non habuere uices.
Obsequium dampnis. odio pensaui amorem.
Obprobrio laudem. proditione fidem.
Quere marite nouum pene genus. exime ferrum
Viscera funde solo. distrahe membra rotis.
Huius ego digna malis que iudicio radamanti.
Tartarea patitur noxia turba domo.
Sed quia suspensus dubio sermone teneris.
Accipe quo tendant quid mea uerba uelint;
Olim si meminit peperi. quem sidera regem.
Spondebantque senis sceptra tenere nume.
Spondebant. sed flere magis quam dicere fas est.
Proh dolor. auctorem funeris esse tui.
Territus augurio. contra sua uiscera matrem.
Precipis armari. progeniemque premi.
Sed natura minis monituque potentior omni.
Non potuit partes destituisse suas
Mentior extinctum. credis. temerarie credis.
Sed puer alterius lactis habebat opem.
Sic igitur culpam ne uelis facinusque uocari.
Nunc illi puero uiuitur illa dies.
Filius ille tuus cuius rationis acumen
Actus. miraris. uerba probare soles.

Filius ille tuus de quo quoque liuor et hostis.
De quo mentiri fama uel ipsa timet.
Filius ille tuus quem predicat orbis. et omnis
Que sub septeno climate terra iacet.
Filius ille tuus cui nunc natura decorem.
Nec fortuna super addere posset opes.
Filius ille tuus cuius karthago triumphos.
Nec genus hannibalis erubuisse potest.
Filius ille tuus quem regni sede locatum.
Cernis honorata sceptra tenere manu.
Verba mathematici non quod tua fata super est.
Omnia decreto fine pacta uides.
Currentesque suo fataliter ordine stelle.
Et tua defixo fata tenore trahent.
Vir stupuit. potuitque diu non credere rebus.
Euentus quarum prodigiosus erat.
Sollicitus. longumque silens. se pectore toto.
Contulit ad mentis interiora sue.
Prouida consulitur ratio. uigilatque recepto.
Intus apud sese totus. et omnis homo.
Singula discutiens gaudendum sensit. et ipsam
Perniciem proprii cepit amare mali.
Ergo decus generis et honores concipit altos.
Contemptorque sue proditionis adit.
Cara coniunx (comes). mihi semper amor. mea gratia consolis.
Parce queri. lacrimas comprime. pone metum.
Non uitio tua facta dedi. pulchrisque marito.
Fraudibus. et pulchra proditione places.
Non sub iudicibus ut meas adducta seueris.
Tam sincera tuum causa tuetur opus.
Ipsa licet sileas pro te natura loquetur.

Sunt oratores tuisque proximique tui.
Non tibi rethoricos opus induxisse colores.
Ad regimen cause non leue robur habes.
Mater eras. maternus amor pietasque coegit.
Medeamque fugis emula penelopes.
Iure timere queam que pignora mortificassent.
Has etiam promptas in mea fata manus.
Sed redimendus erat dominator et urbis et orbis.
Unus ex facili proditione seruus.
Ut uetus arbor ego cuius de stirpe resurgens.
Virgula seruatur ipsa recisa perit.
Virga suam matrem longum distendit in euum.
Perpetuatque meus filius esse meum.
Mira quidem nouitas. letus dolor. utile dampnum.
Que duo fortune cernis in esse mee.
Obsequium se prestasse putat fortuna duobus.
Surgat ut e nostro sanguine sceptra tenes.
Non decet ingratos diuini muneris esse.
Tangit munificos mens hilarata deos.
Non ueniunt homini non magno magna labore.
Partaque flegreo sidera marte ioui
Ut merear regisque pater dominusque uocari.
Morte mea tanti nominis honoris emo.
Sed moriens ego non moriar totusque superstes.
Totus et in tali prole renatus ero.
Quod de fatali descendit origine rerum.
Ne dicas fieri fraude uel arte tua.
Fatum me primo. fatum seruauit eundem.
Quem seruasse putas omnia lege meant.
Dum patitur lachesis iam iamque minantia rumpi.
Nostra fatigato pollice fila trahit.

Presentem licet [uel placet] affari propriusque uidere.
Quem superi rerum constituere caput.
Si semel amplexus iungam semel oscula nato.
Sufficiet uite terminus ille mee.
Letior elisio ueniam. gentesque sepultas.
Et chaos. et stigiis pallida regna iouis.
Ergo palatinas tarpeii culminis arces.
Per circumflexos scandit uterque gradus.
Illic cum patribus residens patricida uerendis.
In commune sue consulit urbis opus.
Ne pereant reges. ne decidat ordo. senatus.
Rome maiestas. imperiique decus.
Ingressi splendore domus potuere teneri.
Si minor aut leuior causa tulisset iter.
Ad regem grauitas summisque laboribus itur.
Nam circumstantium densius agmen erat.
Ut plebis rupere globos. penetrant ad ipsas.
Primatum cathedras. imperiique thronum.
Matris ad occursum nec enim pater agnitus illi.
Assurgit solio rex patricida suo.
Imperii fastu uel maiestate relicta.
Totus maternis subditur officiis.
Subsequitur. blandaque manu comportat euntem.
Alloquitur blande. blandius audit eam.
Natureque sue non immemor alta potestas.
Personam serue conditionis agit.
Tu genitrix. secede loco. matrique benigne.
Condescende tue. dicere pauca uelim.
Redde parum te nate michi. furare labori.
Te quandoque graui iura senatus agat.
Cura tue mentis moderando debita mundo.

Ex aliqua saltem parte remittat onus.
Roma sibi uigiles ꝓprius quo uirib; usa.
Interdum discat rege carere suo.
Hoc precor hoc iubeo. regē precor imꝑo natū
Ius habet in partus mater amica suos.
Declines ḡ turbam ōbeq; tumultuq;.
Non bene consilium ducit in medio q;.
Alta uolunt ꝓpria sub maiestate latere.
Et cito ueniunt ad populare palam.
Ergo diuertant ubi longa pace silebat.
Ueditus archanis consiliisq; locus.
Quod sancitur ibi tacitū sublime ꝓfundū
Auribus eripitur fama maligna tuis.
Rex regum. tacitiq; locus ꝑuata senat'.
Audit. ⁊ eterna nocte sepulta ꝑmit.
Sedit uterq; parens. ⁊ filius int' utrūq;.
Dicendi ꝑmum femina fecit iter.
Fili cui opes. sapientia. forma. potestas.
Sunt m̄ sydereis significata notis.
Dum recolo meritumq; tuū. uitēq; uirtutē.
Gaudeo nate tibi gaudeo nate m̄.
Si qua parte m̄ potuit surreppere fastus.
Nempe futura fui laude suꝑba tua.
Per te romulidis libertas prisca reuixit.
Ausa suum terris exeruisse caput.
Olim decretis eterni legib; eui.
Debitus in regimen temporis hui' eras.
Namq; iustificas ꝑmūq; reducis in aurū
Secula. nec ferri nomen habere sinis.
Nature prelarga man' te pretulit orbi
Et dedit in solio munere cuncta semel.

Ualuus nichil in postera secla reseruans.
Ꝓdiga donatrix. pene remansit inops.
Iam neq; miretur censorem iustinianū.
Iam neq; se iactet roma catone suo.
Si ꝑplis felix augustos uixit in annos.
Nrā nec inferius tempa numen habent.
Astrorū cognosco fidem caldeaq; cura.
Assyriusq; labor. uim rationis habent.
Uictus eras grecos sensu quoq; uincere. uincis.
Marte ualere. uales. sceptra tenere. tenes.
Siue ꝗmuis sublime caput sub sidera condas.
Rex sup humanū dispositorq; genus.
Unum deerat adhuc. ñ nosse tuū genitorē.
Ad solide plenas ꝓsperitatis opes.
Sed uotis abstricta tuis fortuna laborat.
Ut tua sit nulla gl'a parte minor.
Iste pater. pater iste tuus. cognosce reuise.
Qui de carne sua contulit esse tibi.
Filius exurgit. surgit pater. oscula iungunt.
Nec cohibet lacrimas iste. uel iste suas.
Implicitis strictisq; diu complexib; herent.
Et cognata sacer pectora mulcet amor.
At genitor uultu non exsatiatus amato.
Heret. ⁊ in iuuenem lumina fixa tenet.
Aspiciens ḡ tante miracula forme.
Aut stupefactus ad hec aut hilarat' ait.
Milicie specialis honor rationis ⁊ equi.
Immotus limes ꝑpetuusq; tenor.
Nate h; usurpo nomen fortasse paternū.
Qui seruus pater desinit esse pater.
Nate. fatebor enī. tua te gestabat in aluo.

Nater. eoque mori tempore iussus eras.
Iussus eras. iussi perfecti roboris annos.
Maturosque uolens anticipare dies.
Pena paratur ei quem non dampnauerat error.
Et preiudicium lingua paterna facit.
Ordo. sed eternus prefixaque nexio rerum.
Humane uarium dissipat artis opus.
Seruaturque puer placide qui temperet orbem.
Romuleaque manu menia facta regat.
Si dure feritatis homo romana gubernet.
Funditus ex uno uertere cuncta queat.
Ne pereat mundus te simplicitatis amicum
Imposuit latio prouida cura iouis.
Imperii gladium libertatemque nocendi.
In placidi mutas et miserantis opus.
Qui mundum placidus mente regis imperiosus.
Et regis nomen rectius inde tenes.
Que geris expugnas hominem. carnisque maligne.
Insistis motus lege tenere uagos.
Te cohibes. uiuisque senem iuuenilibus annis.
Nec te discente sed sapienter agis.
Inter nature uoluisti uiuere fines.
Lora tamen freni liberioris habens.
Nec remoues forma ne tumens opibus ne solutus.
Preposita stabiles a ratione gradus.
Quouis latior est uotique licentia maior.
Articulo uitam subbreuiore trahis.
Unde fit ut celi curis pro parte relictis.
Primus intendant ad tua uota dei.
Ipse pater superum quotiens uel magna requiris.
Quamuis accelerans. tardior esse timet.

Cum tibi multimodi daret ornamenta decoris.
Iuppiter. in dando mouit utrasque manus.
Dulce rubet facies. fecundum robore pectus.
Lingua perita loqui. fortis ad arma manus;
Ne quid in humanis solidum consistere rebus.
Dicat. et apponat credere stultus homo.
Inter successus et gaudia prosperitatum.
Angulus infelix. unus et alter erit.
Fili me perimes immotaque pensa sororum.
Istud ab eterno constituere scelus.
Olim disposita lex et uiolentia fati
Utetur manibus in mea fata tuis.
Dextram non animum prebebis nate furori.
Qui tua tela regat spiritus alter erit.
Ui firmamenti diuinorumque supernis.
Cursibus astrorum. cogeris esse nocens.
Cogeris esse nocens. manifestaque culpa deorum
Est. ubi non possis mitior esse patri
Parcharum seriesque tenax. fixumque necesse.
Simpliciter nostre crimina cedis habent.
Tu neque nate nocens. nec enim rear esse nocentem.
Qui quia non potuit non nocuisse nocet.
Non sine respectu sine re patricida uocaris.
Nominis attendas significata tui.
Condono mea nate tibi. cum dicere uellet.
Funera. uox linguam nulla secuta suam.
Imperfecta foret dubie sententia uocis.
Sed pia suppleuit lacrima. uocis opus.
Liquitur in lacrimas oculis super insitus humor.
Quasque potest pietas blanda ministrat opes.
Cumque tamen scirent curas et pondera regni.

Arte patricide consilioque regi.
In latii commune bonum peccare timentes.
Colloquii gratas corripuere moras.
Ergo recessuri natum super oscula lassant.
Alternantque vices. participantque virum.
Ad delibandum complexandumque vicissim.
Prebet ad alternos se patricida sinus.
Distrahitur. discedit ab hac pensatur ab illo.
Et venit ad dominos publica cura duos.
Cernere visus erat miseros piosque parentes.
Tam male vel sanctus se moderatur amor.
Attendens quantoque probro quantoque pudore.
Fata velint vitam commaculare suam.
Altius ingemuit patricida; suamque relabi
Fortunam sensit. comminuique decus.
Scit facilem rapidumque vage vertiginis orbem.
Et ceci vultus numinis ambiguos.
Quodque nequit certoque gradu fixoque tenore.
Quanta velis mundi gloria stare diu.
Merorem post leta timens. post blanda ruinam.
Secum sollicito pectore multa movet.
Fortune legesque graves. moresque maligni.
Ingeminant curas. ingeminantque metum.
Sepe suas metitur opes. actusque decoros.
Colligit in numerum cunctaque gesta probe
Karthago deleta subito. regesque subacti.
Et dolet aspiciens quantus et unde ruat.
Longos successus. longos fortuna labores.
Punit. et incestat deteriore malo.
Dampnator cari capitis uterque patrie.
Ex rigida fati lege futurus erat.

Mors patris et meritis. et laudibus ingerit umbram.
Multiplici super est unica culpa bono.
Emptum morte velit ut eodem limite posset.
Finis principio concolor ire suo.
Si fas syderibus si fas illudere parcis.
Fata necemque patris preveniemus ait.
Roma patricidam dici non esse videbit.
Et mendax sensus nominis huius erit.
Nam quid ethereis mens est cognatior astris.
Si dure lachesis triste necesse ferat.
Frustra particulam divine mentis habemus.
Si nequeat ratio nostra cavere sibi.
Sic elementa deus sic ignea sydera fecit.
Ut neque syderibus subditus esset homo.
Sed puri datur ingenii sollertia maior.
Possit ut obiectis obvius ire malis.
Hinc capitolinas quibus influit albula sedes.
Venit. et imperii nobile pressit ebur.
Regali iubet edicto sibi sistat ad unum.
Collectus populus. iunctaque turba senum.
Iuris consulti. pretaxatique quirites.
Albani. fabii. patriciumque genus.
Conscriptique patres. quorum moderamine mundus.
Stringitur. et certis cogitur ire modis.
Ergo nobilitas et purpura venerat omnis.
Multaque congeste milia plebis erant.
Sic ubi dictator. iussi sedere tribuni.
Et cum signifero consul uterque suo.
Erigitur de sede throni monstratque silentium.
Maiestate manus. denique verba facit.
Sanguis yuleus soboles gradiva quirites.

Hinc olim uires ducitis. inde genus.
Noscitis. nec dubios suspensa mente tenebo.
Quid moueat uos quid patricida uelit.
Postulat ambiguum sublato nomine munus.
Quicquid id e regi porrige roma tuo.
Suspectam. dubiamq; licet se pbeat anceps.
Questio. nil anceps questio fraudis habet.
P superum. p si qua manet reuerentia nri.
Quicquid id e regi porrige roma tuo.
Non circumspecta. neq; consulta ratione.
S3 quasi diffuse dextera larga dabit.
Denigrat meritum dantis mora. factaq; rapta.
Munera. plus laudis. plusq; fauoris habent.
P superum. p si qua manet reuerentia nri.
Quicquid id e regi porrige roma tuo.
Porrige si merui si mentis ad intima nre.
Nullus uel tenuis repperit error iter.
Sincere si tota in mea uiuitur etas.
Si nichil ex mundi colluuione tuli.
Si qua corda solet regum euertere casus.
Nec uenus eneruem pcipitemq; dedit.
Nulla licet mors sit mentio. nullaq; uite.
Que multos annos illabefacta manet.
Saltem blanditie nre. crebrisq; rogatus.
Non poterunt pptim n tetigisse piuos.
Non ea romuleam pmit inclementia plebem.
Supplicis ut surda respuat aure pcem.
Rex ego dulce rogo. uerbum rogo regibus impar.
Semp enim misere uox ea sortis erit.
P superum p si qua manet reuerentia nri.
Quicquid id est regi porrige roma tuo.

45

Crediderim munus magna p parte coemptum.
Concolor 7 uultus blandaq; lingua rogat.
Turpe sup donis dubitabitur inter amicos.
Et mora donandi non leue crimen habet.
Occupet orantem placituri muneris auctor. — d e offi ad o m
Officio celeri gra maior erit.
Pfuit et latio nr labor. et meritorum.
Non uenit ad mores gra surda bonos.
Pmoui leges latias. coluiq; senatum.
Nec meus in plebem pciosius honor.
Quis marius. quis silla pot. quis dicere cesar.
Nullus in impio nullaq; lesa meo.
Non meruit patricida nichil kartaginis alte.
Victor. et affrarum collabefactor opum.
Mentitos uox nra sibi non arrogat actus.
Cernite penorum menia fracta iacent.
Fracta iacent. captosq; duces. pclamq; silebo.
Ne uidear laudes concelebrare meas.
P supum p si qua manet reuerentia nri.
Quicquid id est regi porrige roma tuo.
Deiectum uidisse ducem. miseremq; loquentem.
Erubuit populus. erubuere patres.
Pq; pbro bona fama uiro meritumq; precat.
Nec patitur steriles principis ee preces.
Et sstrogare ducum species uiolenta iubendi
Et quasi nudato supplicat ense potens.
Detur ait ppls. detur sacer ordo. tribuni.
Detur. uox cunctis unica. deest. erat.
Dant g quodcumq; petat discrimine nullo.
Si latie totas postulet urbis opes.
Non tuus excipitur castus lucretia lectus.

Nec pia sacrifici precipitanda nume.
Vt patricida preces exauditum uideo uirę.
Sensit & arbitrio cuncta uenire suo.
Tutus aut fuerim spe muneris ambiciosus.
Quid tn̄ ue dederis romula turba uide.
Nil equidem cupio nr̄is superaddere rebus.
Inuenit finem copia nr̄a suum.
Nec diues latium nec habet latissimus orbis.
Quo queat in maius crescere nr̄ honor.
Non phrigios lapides. pigmentaque gentis eoę.
Non quas pactolus uersat & hermus opes.
Non tirios cultus. nec equos regionis hibere.
Non ebur aut hebenum discolor inde tuum.
Non mironis opes. neque uiui marmoris arte.
Sed peto quod duro possit ab hoste dari.
Vt liceat propriamque mi conciscere mortem.
Et miseram uitę precipitare diem.
Est ea uotorum species & summa meorum.
His pro muneribus uox mea blanda fuit.
Induperatorem quem tu o roma creatas.
Et dederas populi publica iura tui.
Non nisi uel populo uel concedente senatu.
Vult libertatem mortis habere suę.
Mors est roma tuum munus mea nescia peccas.
Defenditque tuum nubilus error opus.
Simplicitas populi pietas elusa senatus.
Non poterit nr̄i sanguinis esse rea.
Sed neque blandiciis me sollicitate quirites.
Neue superuacuas multiplicate preces.
Proposito descire suo. ceptisque moueri.
Nam nequit ratio. sed sibi fixa manet.

Quesiui nec ego iam quesisse non nociua.
Munera. nec populus non tribuisse potest.
Dum puram liceat puro sub corpore mentem
Esse. nec ad scelerum perniciosa trahi.
Innocuę uitę placuit felicior usus.
Illo crimen erat tempore uelle mori.
Nunc quia compellor turpi sordescere culpa.
Abstrahor & uitę simplicitate meę.
Ethereos haustus. animam partemque caducam.
Corpus. ab alterutro dissociare licet.
In latebras uitę gladius penetrabit adactus.
Profluet & uite maxima causa cruor.
Discutiet ferrum carnis mentisque tenorem.
Concordesque uices. complacitamque fidem
Discutiet dico. nec enim mea mens habitabit.
Corpoream uitio participante domum.
Nam uelut opposita contraria fronte repugnant.
Sic mens in uicium spiritus arma mouet.
Et mea mens oriunda polo. cognataque stellis.
Naturę memor est principiique sui.
Et quia primores primos intelligit ortus.
Filia splendoris noctis abhorret opus.
Noctis abhorret opus. alterque capax rationis.
Spiritus. ad carnis fluxa uenire timet.
Nec mea sic carni mens ancillatur iniquę.
Nec sic desciuit. depuduitque semel.
Frangatur ut incoctum generoso pectus honesto.
Vt rigidos sensus culpa resoluat iners.
Ergo dum sancta mens est in corpore sancto.
Nilque super carnis conditione gemit.
Secedat lutaque domo carnisque tenebris.

Virtutis fomes. ethereumque iubar.
In terram terrena caro. meus ignis ad ignem.
Ad speciem redeat portio queque suam.
Corporis intuitu cesis excedere claustris.
Non trepidat meritis mens mea tuta suis.
Carnis ab excessu superos migrabit ad axes.
Sideris in numerum restituenda sui.
Iocundum felixque mori cur abnegat. aut cur
Roma michi campos inuidet elisios.
Composite post carnis onus cognata reuisam.
Sidera. iam uita liberiore fruens.
Rebus perspiciam latius. urbique timebo.
Maiorisque feram sedulitatis opem.
Argumenta sonant perplexaque uerba quirites.
Non data que dederant arte probare uolunt.
Non decet aut decuit rigidum seniumque senatum.
Argumentosa calliditate loqui.
Enthimema sonat. sonat hinc inductio uarius.
Verba per anfractus. sumitque resumitque uagos.
Nescio quid magnum tacite concludere temptat.
Et logica sensim me ratione ligat.
Sed tamen argutis non est ea lingua sophistis.
Ut ualeant cepto me remouere meo.
Eloquitur. uultumque sui sermonis inaurat.
Pollio. facundi pectoris arma mouens.
Suadet. adornat. agit. oratoremque figurat.
Alterat arte modos. alterat arte locos.
Non ea depicte uenus est aut gratia uoci.
Que mea preuertat uota. meumque mori.
Doctus. et extense mentis. fameque prioris.
Astrologus nobis prodigiosa canit.

Dicit enim sic pensa trium fusaque sororum.
Voluere. sic cursus sidera ferre suos.
Ut patricida patrem perimat. carumque cruorem.
Fundat. et incipiat turpius esse nocens.
Siue meam uidit fatalem scorpius horam.
Siue sagittiferi stella timenda senis.
Aut grauis alterutro saturnus inheserat astro.
Fuderat aut uirus martia stella suum.
Agrestis tam ueste fuit quam uoce camillus.
Gratus apud superos rusticitate sua.
Non pictis nugis rigidi placuere catones.
Sermo potens illis et sine ueste fuit.
Agresti latio monstrauit grecia blandum.
Grecia perplexa grecia dulce loqui.
O grauis illa dies qua simplex et rude uerum.
Sorduit. et picti plus placuere soni.
Et quor inaccessas utinam fecisset athenas.
Non foret eloquii roma nitore nocens.
Quidnam cum ue dabis si nostras ipsius ibit.
Tam leue suspectum romula turba preces.
Qui fuit illorum dominus. latiique iacentis.
Captiuas aquilas uictor ab hoste tulit.
Eternique probri maculas et crimina tersit.
Rursus et induitur roma colore suo.
Si nichil ausonios exorans purpura tangit.
Personeque mee gratia surda perit.
At me cum faciunt legum decreta meisque
Vocibus assensum littera prebet anus.
Ex olim meus est orator iustinianus.
Viuentis causam mortua lingua facit.
Non actore leui neque uerbo paupere nitor.

Arbiter in toto maximus orbe fuit.
Dux populi victor mundus quod querit habeto.
Dux ego. victor ego. munera quero. date.
Sed quia muneribus vestri fungatur honoris.
Rex ideo vester desinit esse suus.
Pono citus trabeam. vestrum citus exuo regem.
Liber. et explicitus ad mea vota meus.;
Dixerat. hinc serpit murmur. tonat inde tumultus.
Scinditur in varias. turbida roma vices.
Ipse. caput. dextram. corpus. diademate. sceptro.
Purpureis privat rex. sine rege manens.
At pater in medio linguam sibi poscit. inaurat.
Castigata fides. vita probata loqui. PATER
Pat. Patres. qui bella frenatis inocia. quorum
Cervicosa pedi colla subacta iacent.
Quorum discreta ratio. mens provida quorum
Dens sale conditus. et sine dente sales.
Advigilate viri votis. non danda requirit.
Qui repetanda petit. impetret. absque tamen PATRICIDA.
.Patricida. Me nisi pro merito donent. non vota secundent.
Si concessa mihi. si data turpe negent.
Fortes e merita plangent virtute. dabuntque
Qui bello dederant pectora terga fuge. PATER
Pat. Te nisi pro merito servent. non vota restringant
Ni non danda vel iure neganda negent.
Desperata tuet virtus. tedebit ephebos.
Quod veniant meritis premia surda suis. IUDICES
Iudices. Vel dampni votum vel dampna sue probitatis.
Quis sapientum amat. quis patientum habet.
Munera pro meritis pensentur. nec probitate.
Improbet. aut reprobos approbet. ipse dator.

Sed peccata cruce. sed fortia laude. sed isti.
Sed dentur meritis consona cuique suis.;. De morte et divite.
Expliciunt versus de patricida. Incipiunt versus
Sera metris tenerum mens estuat addere carmen.
Sinceri sensus scema subire sitit.
Febe celer moderare lyram. moderare decenter.
Clio morata veni verba polita ferens.
Carminis inditium de numine pallas inauret.
Plaudat principio grata thalia meo;
Vir sibi florebat opulento scemate rerum.
Imperii fedus federat agger opum.
Vitis. terra. ceres. vernans. fecunda. redundans.
Bacco pregnat. ovat semine. messe viget.
Augustus leto ditescit in alea horrea cornu
Mille cados olei spondet oliva ferax.
Consumit dolium iocundo munere nectar.
Fructificant patulis melle referta casis.
Frons diadema subit. ardescit corpus in ostro.
Pondere gemmarum dextra laborat ovans.
Bursa tumet nummis. sed marca superbit in archa.
Huic deitatis honos census amicus erat;. AUCTOR.
Quid miser ex rerum fallaci flore superbis
Occasum floris proxima bruma dabit.
Estuet in rapidum solis quadriga leonem.
Languebit modico vulnere floris honor
Eris amor sevum te thesaurizat in ignem.
Quid satagis preceps fata proterva sequi
Blanditiis captus. fructu grataris inani
Sic cadis in laqueos dum iuvat esca nocens.
Melle superducto funus letale venenum.
Sic trahit in cautes vocis amore syren.

Te cū spe rerum detrudunt hostica v̄ba
Te baratri uortex igne uorante rapit.
Te rotat in flammā furiarū ceca chorea.
Hospicium tale reddit iniqua domus.
Erroris nubes tua saxea menbra magistrat.
Hac duce cecato ceca ruina patet.
Ilius ad nutū celer ut dn̄o famularis.
Scandere quo recidas impar ille gradus.
Errorem sequere uitales exuis actus.
Vita t̄ mors ē funera uiuus habes.
Spe fructu uacua celeri delabitur ala.
Flos uernalis abit. pestifer instat amor.
Flet probitatis honos. exultat fraudis hiat᷒.
Intepet hic pietas. concremat inde furor.
Hic silet. iste latrat. hic deficit. iste tumescit.
Huius in occursum non habet ulla locum.
Omīs hebet ratio uacuatur pallade pectus.
Insidet in mente perfidus hostis amor. ; Consalator
Castiga mentis pena grauiore reatum.
Mors culpe pena ē si resipiscat homo.
Deseritur ratio t̄ credita sydere multo.
Hinc rapit impietas. noctis alumpna locū.
Spina rosam. saliunca thimū. mentit᷒ odore
Mentitur uiole dira cycuta decus.
Ore canem simulas. & asellū moribꝫ affers.
Inq; uices spargis pectus utrūq; tuum.
Ore canis latrat. mens fert mores asininos.
Cedis utriq; iugo sternis utroq; caput.
Dum dat᷒ ammonit᷒. latrat᷒ haurit hiatū.
Inde latrans. trino cerberus ore sonat.
Vile canis nomen. habitus sꝫ uilior ipso

Incipiunt u᷒sus de natiuitate xpisti.

Nectareum rorem. terris instillat olimpus.
Totam respergunt. flumina mellis humum.
Aurea scōrum. rosa de prato paradysi.
Virginis ī gremium. lapsa quieuit ibi.
Intra uirgineum decus. intra claustra pudoris
Colligit angelicam. uirginis aula rosam.
Flos roseus. flos angelicus. flos iste beatus.
Vertitur in fenum. fit caro nostra deus.
Vertitur in carnē uerbum p̄ris. at sine clap no
Vertitur in matrē uirgo. sꝫ absq; uiro.
Lumine plena suo. manet ī nascente potestas
Virgineum floret. in pariente decus.
Res noua. res celebris. res omī digna stupore.
Et pudor & partus. sunt sine lite simul
Quatuor hec partum ꝯmēdant. u͛ginis auris
Vox gabrielis. op᷒ pneumatis. umbra patris
Virgo silet. loquit᷒ gabel. inbalsamat aluum
Spiritus. et uirtus patris obumbrat ei
Virginis auris ibi fuit uxor. uir gabrielis
Sermo. dos almus spiritus. umbra pater
Sol tegitur nube. feno flos. cortice granum
Mel cera. sacco purpura. carne deus
Vt nucleus teste. q̄si mel cere. uelud auro
Iungitur argentum. sic caro iuncta deo ē
Ergo si recte discernas singula. dices
Nux. fauus. electrum ē. qui d̄s est & homo
Iam duo iūcta nucē. duo iūcta fauū. duo iuncta
Electrum statuunt. te duo xpiste ihesu
Solem stella parit. auro ra diē. petra fontem
Patrem nata. deum femina. uirgo uirum
Etheris ac terre fuit hec quasi fibula. sancto
Federis amplexu. dissona regna ligans
O caste matris felix dignatio. sese
Terris inclinat hac mediante polus
Hec ē illa parens sacta. cuius nomen in ore
Est fauus. in corde lumen. in aure melos
Hec est quam celi pictor deus intus & extra

Vinxit, et anglica cote poliuit eam
Quantum fas credi est deitas hanc tota resedit
Et quasi succincta uenit ad illud opus
Pauit enim mentem carnemque sacrauit ut esset
Intus sincera mens, caro munda foris
Splendor festiuus totam sibi uendicat illam
In qua presulget omne decus ebur
Anglice lucis speculum decor eius obumbrat
Huc oculum flectit curia tota suum
In titulos eius citarizant omnia celi
Organa celestis musica cantat ei
Hec est cella capax ubi mel deitatis inundans
Plene compluit hanc muneris imbre sui
Stella maris candoris ebur speculum paradysi
Fons uenie uite ianua uirgo uale
Celi scala boni scola pacis fibula thuris
Virgula pigmenti cellula uirgo uale
De te tot laudum rutilauit insignia nescit
Quo plus ascendat tantus honoris apex
Omnes uirtutum species et aromata totam
Te simul aspergunt thuris odore sui
Tu sine defectu radius tu flos sine spina
Tu sine nube dies tu sine sorde parens
Quid loquor hinc nullum comentum laus tua sumit
Frustra luce facis tempore uiuare diem
Quanta tuis pateat uirtutibus area nullus
Fasciculis laudum claudere lingua potest

De partu uirgineo

Sol nubes et aqua ce lestis luminis ymum
Conficiunt partum uirginis ista notant
Sol deitas nubes carnis spes aqua sanctus
Spiritus est yris stella maria maris

De natali xpisti

Natus casta nitens exultans profidus emptus
Rex uirgo sydus angelus hostis homo
Querit nescit dat declarat perdit adorat
Flos labem lumen gaudia uita deum

De oblatione xpi

Soluitur offertur plaudit fert stupet orat
Lex tur tur mater filius anna senex

De baptismo xpi

Rogatur clamat sacratur adest solidatur
Saluator genitor unda columba fides

De passione xpi

Fert agitat dampnat xpc demon phariseus
Probra suos xpm carne furore cruce

De resurrectione xpi

Demon mors baratrum xpc galilea fideles
Flet perit orbatur surgit aditur ouant

De ascensione xpi

Scandit suspirant iubilat linquunt aditur
Saluator fratres angelus una polus

De aduentu sps sci

Expectat replet expellit grex sps ardor
Munera corda metum mete calore fide

De iudicio xpi

Iudex celum styx discernet nutet uret
Facta bonos reprobos iure quiete foco

De omnibus gradibus xpi

Natus puer homo fortis surgens leuis unus
Virgine culpa re ui carne gradu deitate
Sumit sacrat fert perimit excitat init adimplet
Corpus aquas pena mortem se celica totum

De partu beate marie uirginis

Aaron uirga dei uirgo peperisse feruntur
Arboris illa nuces etheris illa deum
Semine uirga caret profert sine semine fructum
Nescit uirgo uirum concipit absque uiro
Fert sine radice gignit sine seminis usu
Arida uirga nuces integra uirgo deum
Floruit illa dedit fructum nux protulit inde
Concipit ista parit nascitur inde deus
De uirga nux exoritur de uirgine cristus
Virga maria fuit nux homo xpc erat

In testa digne species humana notatur
In nucleo deitas. in nuce xp̄s homo
In testa nucleus. deitas in carne uocatur
Cum nucleo testa. cum deitate caro
Dulce sapit nucleus. mulcet sapor iste palatum
Dulce sapit deitas. cor regit iste sapor

De iob. noe. et daniele.

Tres recipit celū. danielem. iob. noe. clauso
Limine. mendicat cetera turba foris
Si pondus rerum ratio bene consulat omnes
Exprimet electos. illa figura trium
Castior mores danielis uita figurat
Floruit ille suis. in daniele pudor
Iob designat eos. quos federis inescat amoris
Iob compleuit opus. plus amore suum
Hos noe declarat. quos ecclie ratis audit
Archa secuta noe. sub noe tuta fuit
Qui caste uiuunt daniel. qui coniugis implet
Debita. iob. noe sunt. qui bene corda regunt
Voluitur in saxo qui nubit. sudat in agro
Qui docet. in lecto uiuere castus amat
Huic mola debetur. ager huic. thorus huic. mola mundus
Subdita plebs ager ē. uita quieta thorus
Tres ibi tno gdus. molit h. arat hic. cubat ille
Spe prolis. luchro fratris. amore dei
Vlt ds huc. uocat huc. trahit huc. plus uacat iste
Ille gregem pascit. esurit ille deum
Hic tener. hic fortis. hic ē lenis. quasi lacte
Vescitur hic. ille panibz. ille fauis
Impetit hunc demon. sz hic dolet. inuidet ille
Quem domat hic. ille uulnerat. ille necat
Istū camp habet. hunc collis. mons habet illum
Ambulat hic. ille cursitat. ille uolat
Quicqd peccati ē. cauet hic. timet hic. fugit ille
Hic inhiat. studet h. affluit ille bonis
Iste manu pur. sermone manu sacer ille
Integer est ille. pectore. uoce. manu

Quid noto? militat hic. hic imperat. ille quiescit
Hic bonus. hic melior. obtimus ille gdus
Hij tres i mundo fluitant. tamen iste picli
Paulisper patitur. hic minus. ille nichil
Vt mare transeat hoc mouet h qsi brachia nauem
Preparat hic pontem. fabricat ille sibi
Huc motus manuum. huc pons adiuuat illū
Hic nat. remigat hic. transilit ille fretum
Ter denos fructus. emit iste. duplū metit ille
Illi centenus. premia debet honor

De quatuor euuangelistis

Tange camena stilum. sollertias excute cultus
Rerum maiestas induat istud opus
Non opus hoc falere. sz diues sensus inauret
Plus preciosa ualent. et speciosa minus
Currus xp̄e tuus. sit limes carminis. ex hac
Materia carmen. texe camena tuum
Corpus materie parua complectere zona
Et breuis esse studens. et grauis esse cauens
Que iuga que ue rote referā. que frena. quis axis
Quis uir. quis uitulus. quis leo. quis sit auis
Quatuor intueor padisi flumina. currum
Aminadab uideor. quatuor ire rotis
Te mathee prior. te marche sequens rota. lucam
Tertia. te quarta. signat amice ihesu
Pars diūsa rotas trahit. it rota prima. scda
Festinat. currit tercia. quarta uolat
Insignes ibi sunt. axes. ibi nobile frenum
Gnarus ibi ductor. est ibi lene iugum
Vtraqz lex. axes. frenū est discretio. xp̄e
Est auriga. iugum sunt tua iussa deus
Grā cuiqz suas diuisit opes. pluit iste
Ventilat hic. ille fulgurat. ille tonat
Hebream docuit mathei pagina linguam
In greco reliqui tres. studuere loqui
Mathei calamus aqua. luce littera uinum est
Marchi pagina lac. mella iohannis opus

Iste quasi terram sapit· hic stillat quasi mirram·
Hic redolet quasi flos· hic ut aroma uiget
Hic agrum sulcat· ui sulco seminat ille
Hic operit semen· hic adoperta rigat
Quilibet illorum docet· orbi personat iste
Intonat hic· ille bucinat· ille canit
Cimbala primus habet· gerit alter tympana· plectrum
Tercius exercet· organa quartus agit
Dum iubar infundunt animis· hic est quasi lampas
Cereus hic· ille lucifer· ille dies
Consule scripturas· hic ferreus· ereus ille
Hic argenteus est· aureus ille stilus
Hic hominis uultum· speciem bouis· ora leonis
Alitis effigiem· quatuor ista noto
Matheum signat uir· bos lucam· leo marchum
Ales discipulum· qui sine sorde fuit
Scriptorum titulos· titulorum consule causas
Que loquor inuenies· pondus habere suum
Matheo species humana datur· quia scripto
Indicat in titulo· quid deus egit homo
Os uituli lucam declarat· qui specialem
Materiam sumpsit· de cruce christe tua
Effigiat marchum leo· cuius littera clamat
Quanta surrexit ui tua christe caro
Discipulum signat species aquilina pudicum
Vox cuius nubes transit· ad astra uolans
Christus homo· christus uitulus· christus leo· christus
Est auis· in christo cuncta notare potes
Est homo dum uiuit· bos dum moritur· leo uero
Cum resurgit· auis· cum supera petit
Fons stillabit adhuc uerborum consule uenas
Quatuor hec iustus quilibet esse potest
Mente uigens fit uir· mactans carnalia fit bos·
Dura domans leo fit· summa sequens fit auis

Descriptio cuiusdam nemoris·

Purge clio stilum· cultum sermonis inaura
Os respergie meum· nectaris ymbre tui

Hanc imitabor apem cuius prudentia ceram
Ieiunam mellis non sinit esse suam
Mella nisi dederis· mea cera fauum sitit· ergo
Ros michi mellifluus· stillet ab ore tuo
Est nemus unde loquor· nemus ausum tangere nubes
Hic locus emulus est· o paradyse tuus
Hic experta fuit natura· quid ars sua posset
Et quanto potuit· pinxit honore locum
Non stillauit in hec loca (quedam gratia) copia rerum
Sed quasi cum nimbo· copia fluxit opum
Spirat ibi nardus· nascuntur aromata· nectar
Conficitur· sudant balsama· mella fluunt
Poma rubus· laurus baccas· oleaster oliuas
Spina rosas gignit· lac pecus· uua merum
Quelibet arbor ibi· geminum sortitur honorem
Rami parturiunt· palliat umbra solum
Ramorum populus et fructu gaudet et umbra
Pellitur inde fames· tollitur inde calor
Hic uideas ulmum· quam non sinit esse pudicam
Vitis· et in fructu· postulat eius opem
Quodam coniugio sibi nubunt uitis et ulmus
Vitis quippe merum concipit· ulmus alit
Surgit· floret· olet ibi· cedrus· palma· cipressus
Stat cedrus· floret palma· cipressus olet
Malus· oliua· pirus· rubet hinc· uiret hinc· tumet illinc
Hec pomis· illa frondibus· illa piris
Ut neque de uulgo lignorum mentio fiat
Excedunt numerum· certa ligna tamen
Melle· uel uua· thure· uel herba· silua superbit
Mel fluit· uua madet· thus olet· herba uiget
Hec duo commendat sapor· illa duo uigor· illa
Conuiue sapiunt· febribus illa uigent
Pellit ab ore sitim· tollit de corpore febrim
Ille uel ille sapor· ille· uel ille uigor
Rupis dorsa tument ibi· paruis saucia rimis
In medio rime· gutturis instar habent
Fonticulus foris erumpens· singultat in ore

Gutturis. hic videas ludere fontis aquam
Ultima pars rupis. rostri mentita figuram
Que de rupe fluunt. suscipit hospes aquas
Rodit in hoc rostro. geminum natura foramen
Ut fons emungat. utraque naris aquam
O quam lascivus fons. o lascivia dulcis
Hic in aqua ludit. et hinc garrit et inde salit
Dulcis odore. fluens humore. colore nigrescens
In ripa redolent. cassia. mirra. piper
Vox avium. dulcor specierum. purpura florum
Dulce canit. nares allicit. ornat humum
Perflat ibi zephirus non eurus. aromata sudant
Non glacies ibi ver. non ibi regnat hyemps
Nardus. flos. ales. spirat. ridet. modulatur
Hinc erumpit odor. hinc decor. inde melos
Flagrat enim nardus. rosa vernat. avis canit. illa
Naribus. hec oculis. auribus illa placet
Rivus. olor. pavo. suadet. demulcet. adumbrat
Somnos. litus. aquas. murmure. voce. rota
Rivus garrit. olor citharizat. pavo superbit
Murmure rivus. olor gutture. pavo rota
Ludens hedus. avis vaga. letus piscis. in herba
Saltitat. in nido cantat. in amne natat
Cervus lascivit. gaudet leo. damma jocatur
Cervus fronte. leo robore. damma pede
Cursitat hic vitulus. salit hinnulus. accubat agnus
Ludit capreolus. itque. reditque lepus
Non onus hec. non hic laqueos. non ille rapinam
Non hic insidias. non timet ille canes
Inter tot rerum preclara monilia. pratum
Eminet hic. speculum silva iocosa tuum
De tot deliciis. de tot titulis. sibi grandem
Laudis fasciculum. vendicat iste locus
Argis innumeris. narcissis pluribus. orpheis
Innumeris. humus hec vernat. habundat. ovat
Stellifer argus ibi. narcissus florifer. orpheus
Plectrifer. hic rutilat. hic decet. ille canit

Argum pavo gerit. nacissum flos. olor orpheum
Hunc oculi. decor hunc. hunc sua plectra decent
Astris scintillat pavonis cauda. decorem
Flos gerit in folio. cignus in ore liram
Contempnens humile. regali vertice vulgus
Audet in astra caput. condere cedrus ibi
Hec inter reliquas titulum sortitur honoris
Nec sibi dignatur. quamlibet esse parem
Non ibi conspirant in cedri dampna sagitte
Nimborum. torpor frigoris. ira nothi
Fullo novus viridis tunice vel fronde virenti
Adversus brume vim tunicavit eam
Densa. nitens. viridis. est ramis. cortice fronde
Ramis densa. nitens cortice. fronde virens
Ramus sub foliis. truncus sub cortice. radix
Sub pede. condit aves. nutrit apes. dat aquas
Ramus aves sub fronde tegit. sub cortice truncus
Nutrit apes. radix sub pede sudat aquas
Alludunt trunco quasi quedam ludicra. ramis
Truncus hiat. rimas pompa frequentat apum
Duplex nodus ibi duo porrigit ubera. nectar
Mellifluum stillat. utraque mamma foras
Nature digitis. crater tornatilis. ambos
Absorbens nodos. suggere mella parat
Rivus qui garrit sub cedrino pede. spectat
Donec mella pluant. amphora plena sibi
Plenum vas in aquas mel traicit. et quasi quoddam
Electrum faciunt. hec duo mixta simul
Te liquor alliciet sibi. potu. murmure nectar
Potus in ore sapit. murmur in aure melos
Hic avium pompam. quasi iunctis velle choreis
Ludere tunc fateor. cum rosa pingit humum
Ludos exercent celebres. philomena iocatrix
Flens olor. ornella lenis. alauda levis
Ipsis alludunt avibus. sua nomina quorum
Vox tibi mel sapiet. si bene verba notes
Hoc philomena sonas. quod silva lucis amena est

Nomine mostrat olor: qđ gerat ore liram
Quod canat ore melos. cornella uocatur alauda
Quod sit auis laude digna: sonare potest
O uolucrū lasciua cohors. o pompa iocosa
O moduli dulces. o paradise dei
Singula complectens inter duo brachia murus
Instar habens zone: colligit omne nemus
Amnis in ingressu zonam diffibulat istam
A nodo soluens brachia iuncta suo
Pons super intextus lignis ⁊ marmore: ualli
Dampna resarcitur: fibula factus ei
Pontis utrumque caput uallum fuit in. uel in
Et licet inuito gurgite nodat opus
Porta stat in medio sublimi uertice. nostris
Ex oculis: uertex eius ad astra fugit
Siquis uult porte texturam discere: pinu
Mulcifer: ⁊ cedro. texuit illud opus
Siquis uestiget quis inauret eam decor. illam
Guttis uermiculant: quatuor ista suis
Lacteus argenti decor. auri flammeus ardor
Ignea gemmarum lux. elephantis ebur
Argenti radius postes insignit. ibidem
Per loca scintillans: aurea flamma natat
Limen utrumque micat gēmarū lumine. rimas
Quas limauit ibi sculptor. instabat ebur
Singula cerne. nitet argentū. fulgurat aurum
Gemme scintillant: nobile ridet ebur
Totus in hoc opere sudauit mulcifer. artis
Nobilitas summa laude: refulsit ibi
Ne quid uulcanus forsan delinqueret. omnis
Ciclopum legio fluxit ad illud opus
Sicut mentiri ualet ars. uolat in auro āles
Nant pisces. rutilant sidera. uiuit homo
In porta rutilat crocus. ardet flāma piropi
Purpurat ille fores. ille serenat opus
Quedam de lignis maiestas palliat auri
Naturamque rudem: dotat honore suo

Bis sex gemmarum stellis ibi fulgurat arcus
Qui quasi signifero circuit orbe fores
Cedere dedignans radiis stellaribus. yrim
Celi mentiri: nititur ille color
Arcus etherei: saluo titulo loquar. iste
Clarior est illo: plusque nitoris habens
Ille micare potest ope febi. munere nubis
Hic sine sole micat. ⁊ sine nubis ope
Ille quidem fallit oculos. hic allicit. ille
Fulgurat ad tempus. permanet ille diu
Hec est nature nisi fallor regia uernans
Tot titulis. tot opum plena. tot ampla bonis
Hic studeo. sum totus in his. oculos decor. aures
Cantus: odor nares allicit ora sapor
Si queras quid agit descriptio quā legis: istud
Depinget leuiter: littera nostra tibi.
Cum nemus hoc ueluti qđdā mūdi rosa: toto
Floreat orbe. tamen transiet iste decor
Et quia flos mundi cito transit ⁊ aret: ad illam
Que numquam marcet: currite queso rosam
Est rosa qui dicit ego flos campi. rosa certe
Aurea. principii nescia. fine carens
Ut gustaret holus hō debilis. hec rosa sancta
Pro nobis holus ē facta: manens qđ erat
Floruit in celis. in mundo marcuit. illic
Semper olens. istic pallida facta parum
Hunc florē paradisus habet. seraphim uidet. orbis
Non capit. infernus nescit. adhorat homo

De ortu ⁊ morte pueri monstruosi.

Uxor tiresie dum uentre pleno tumeret
Numina ꝯsuluit: quid uelit iste tumor
Phebus ait. uir erit. uenus inquit femina fiet
Inquit neptunus. immo puella puer
Respondet uerbis res. concipit illa puerque
Femina. uir. neutrū: nascitur omne simul
Ille uel illa. fuit res nescio que duo solus
Neuter. uterque puer. femina; plura nichil

Nec dum florentes puer iste reliquerat annos
Cum de morte sua consulit ipse deos
Predixit uenus laqueis occumbere telo
Mars Neptunus aquis; singula pondus habent
Hospes aque pinus fuit ascendit puer ensis
Labitur in cauto labitur ille super
Ramo preda fuit pes pectus perfodit ensis
Unda caput mergit ter perit unus homo
Causa necis tria sunt 7 ramus 7 ensis 7 unda
Quod tenet ille ligat hic necat illa premit
Pes pendens latus effossum mersum caput heret
Ramo mucrone pungitur amne natat
Corrigiam pectus caput hamo cuspide fluctu
Arbor mucro latus alligat intrat agit

De morte hominis fere 7 anguis.

Forte nemus lustrabat homo fera forte redibat
Plena latens anguis forte iacebat humi
In pecudem pariter oculum cum cuspide misit
Rusticus agnouit missa sagitta manum
Hasta feram sternit anguem fera conterit anguis
Tabem fundit ea tabe necatur homo
Ossa forando locum calcando vomendo uenenum
Vir iaculo pede sus uipera tabe nocet
Saucia contrita sparsus telo pede uiru
Bestia uipera uir sternitur aret olet

Epitaphium cuiusdam nomine clari

Anchora lapsorum fidei radius nitor orbis
Flos patrie morum regula clarus obit
Impleuit claro fulgorem nominis actu
Clarum nomen erat actio clara fuit
Quid nocho clarus erat ~~nomine~~ re clarus nomine clarus
Exemplo clarus dogmate clarus aius
Insignis pollens largus deuotus abundans
Moribus ingenio munere corde bonis
Prebuit instruxit dispersit respuit emit
Exemplum fratres danda cauenda polum
Sol in septembri dum quinto surgeret ortu

Cogitur occasum lucifer iste pati

Epitaphium cuiusdam abbatisse.

Cui suus articulus non congruit ista sed iste
Induit ista uirum moribus usa uiri
Actus femineos animi uirtute reliquit
Et meruit sexu fortior esse suo
Nature uicium morum uelauit honestas
Nil muliebre gerens tota uirilis erat
Vendicat hinc uirtus quod ei natura negauit
Ista fuit sexu moribus iste fuit
Labem uisa dum cauit quesiuit amauit
Integra pura calens corpore mente fide
Contulit huic ortum stellate uirginis ortus
Nascitur illa polo nascitur illa deo

Epitaphium cuiusdam magistri.

Sidera caligant radio priuata sereno
Gallia suspirat presule nuda suo
Lumen ab hoc sole stelle sumpsere minores
Pallet sidereum sole cadente iubar
Ut uerum fatear sol inter sidera laurus
Inter dumeta fons fuit inter aquas
Sol hebet astra gemunt laurus iacet obruta dumis
Suspirant aret fons tenuantur aque

Epitaphium cuiusdam religiosi.

Vexillum fidei populi candela sophie
Puluinar laudis summa uir iste fuit
Sic eius mores natura poliuit ad unguem
Ut uix ipsa suum credere posset opus
Inde tamen dubitans secum uoluebat an esset
Iste uir eius opus que tot honesta replent
Et uix agnoscens hominem quem fecerat inquit
Fenix quam feci sola sit absque pare
Ter geminos sol in geminis compleuerat ortus
Cum mentita fuit fama perisse uirum

Epitaphium optimi uiri.

Virtutes quarum celebris dignatio petri
Moribus arrisit collego laude breui

Pieridum lirifer · uirtutum signifer artis
Claustri ecclesie · lucifer iste fuit
Consilii ros · eloquii flos · ingenii cos
Palladis os · morum dos · elichonis honos
Preter tot titulos quibus ille refulsit in eo
Floruit illesa carne · pudoris ebur ·
Qui de carne sua · laudis uexilla reportans
Aurea que meruit · premia uictor habet ·
Piscator fuit hic hominum · piscesque fuerunt
Quinti · piscantur · cum sibi fata uirum ·

Suma T ibi r E quies I aci A t be N e regit V eru S
Stille T dec E lis I lat⁹ s A ctribu N a V irtu S
Semina · T utas E tras · F ruct⁹ A uge N do sal V bre S
Sanes T e · r E cte P lam A suita N do V orate S
Sposa que T u · r E gis D amasc A s · ig N e · sat V ti S
Scadas e T er · n E bene F ulgid A reg N a q V ieti S
Semp e T obtin E as F elici A mu N era · l V ci S
Salue T o s E mper F ugi A t · lo N ge · t V us hosti S

Mente fruens · mentem fallis · iniqua sequens ·
Et licet os extra · faciesque polita decore ·
Fulgeat · hoc intus nescit imago canis ·
Nunciat occultos interpres lingua furores ·
Nunciat errorem pectore · mente caneam ·
Deuius inuectos te deuiat error hiatus ·
Quod nocet hoc sequeris · quodque necesse fugis ·
Ut fugit agna lupum · sic telo lesus uirque
Pestis · queque fugis congrua praua sequens ·
Letus ad ima ruis · inuitus ad omnia uite
Sic tibi pestifero felle coactus agis ·
Vano uana loquor · uana perce · carmine uano ·
Nam que iuuant · omnia uera nocent; Destitutio corporis
Labitur in uacuum iocunda salutis origo ·
Tendit ad occasum laudis oliua decens
Legis honor · iuris uirtus · flos · linea ueri ·
Torpet · uilescit · adnichilatur · hebet ·
Precinit occasum · cordis uigor obruitur in se ·
Mortis ob aduentum · mens peritura cadit ·
Viribus exhaustis · ceruix egrescit amata ·
Languet · obit · uite spes · ualitudo uigens ·
Compluitur lepra constantia corporis · illa
Scinditur euerso uomere · uersa caro ·
Felle uenenatus · hiematur · et intus · et extra ·
Grandine morboso iam ruiturus homo ·
Iamque sub artanti sirus radice malorum
Vita desperans · funeris arua legit ·
Mors uiolenta nimis uim sincopat exteriorem ·
Officio pereunt singula membra suo ·
Surdescunt aures · caligant lumina · lingua
Nescit iter uocis · nasus odoris eget ·

Labitur inuacuum manus arida. nullus in ore
Spc est. uite conscia uena tacet.
Momentū uite. mens secū sola tuetur.
Conscia p̄teriti. queq; futura timet.
Errat. & egressum letalē corpis horret.
Consciaq; extremū pena moratur iter.
Aspicit hostiles morsus. inimicaq; castra
Limen habet. morti turba parata sue
Exacuunt dentes in morsus agmina nigra.
Operiunt meritis. debita iura suis.
Dum miser attendit miserū sine fine dolorē.
Mors iter abrumpens. astat. & exit in hec.; Mors.
Tu cui blanda diu sors risit opum. necis ortū
Non causare nefas. s; resipisce tuum.
Vim uite minuit parcarū firma potestas.
Hec tibi dat finem. terminat ista diem.
Dum ducit lachesis filum. secat atropos illud.
Officium lachesis p̄dit amara soror.
Te tam̄ huc auerte p̄cor. & consule tandem.
Crimina si qua latent. exue. terge. laua.
Coge greges scelerum sub librā luminis equi.
In faciem redeant agmina cuncta mali.
Nec lacrimis parce. nec cordi parce. nec ori
Parce. s; immundos exue. terge. sinus.; Diues
Diues ab his motus. serat ora dolore magistro.
Vritur accensus cordis ad ima furor.
Pectoris ardorem facies examinat atra.
In faciem. mentis conscia queq; patent.
Luminis in speculo loquitur sententia cordis.
Exteriora sinus interiora probant.
Lingua doloris erat. lacrimosi fluminis imber.

97

Nec satis est. famula uoce patere sitit.
Plango dolos. paueo crimen. resipisco furores.
Condoleo sceleris. pessima facta fleo.
Cor gemit. os certat. delictum triste fateri.
Confiteor. meritū debita pena ferat.; Mors
Est uirtutis opus lacrimis detergere culpā.
Laudo. tale sacrū uictima sacra iuuat.
Sz lacrimis parce. nubem sepone doloris.
Dum teneat sensus hec medicina tuos.
Momento uite culparū tempora longa.
Consilio poteris euacuare meo.
Non ē. sera salus. animo sitiente salutem.
Pensatur multo tempe multus amor.
Consilij uerbum. mentis dulcescat in aure.
Sit ratio iudex. experiatur opus
Ecce tibi uacuo de pallade cordis opima.
Consulo. consilium pagina tota docet.
In primis pueris partitos uendicet usus.
Agger opum. uerum debita quisq; ferat.
De reliquo misera miserorum iuuat egestas.
Hec tibi perpetuum uiuere uita dabit.
Explicat implicitū uigilans elemosina crimī
Exhaurit uitium cordis. iniqua lauat.
Scis non ēē tuum qd in arce supba tumescit.
Marca. refert meritis irrita dona labor.
Colligis alterius fructus. semen metis. aufers.
Non rapienda. cupis non rapienda tibi.
Munera muneribus coaceruas. aurea moles.
Argentata p̄mit emula. sorte pari.
Tanta supfluitas fortune munera fallit.
Dum tenet in rebus seua rapina locum.

G ris amatus amor tua membra timore magistrat.
M ens somnos. nescit pectoris una quies.; **Diues**
O biectare uices corporis. iubet ordo loquendi.
B landicijs utor. hoc iuuat. ecce dolus.
O regina potens totū dominata p orbem.
P arce ferendo scelus. parce minando necē.
P laude. tibi dn̄a sexus famulat̄ & etas.
M itior his. illis acrior esse pates.
C orrigis aduentu terrarū crimina tristi.
C ogitur imperio queq; iuuenta tuo.
V iui iura timent. defuncti uerbera torquent.
F itq; tuum uelle uiuere. fitq; mori.
A d nutus stat uita tuos. extendit̄ etas.
S ubiacet obsequio sexus uterq; tuo.
S; uite laus est. cui uulnera criminis absunt.
C riminis obsequio sordida uita iacet.
V ita sepulta malis. scelerūq; indagine cincta.
C ensuram gladij sentiat illa tui.
Q uisq's agit pferre dies. uirtute magistra.
A mbulet huic longas uita morata uias.
T orpeo. peccati mens agmine mersa. rigantes
S oluitur in lacrimas tristia facta gemens.
C onscia preteriti tua iura futura ueret̄.
H orret. & ob merita. regna ppinqua timet.
N escit quod metā nulli ē transire potestas.
T u uite cursus libera frena tenes.
L egib; ipsa tuis reges cum uilib; equas.
A ltos cum miseris cogis adesse pares.
O mnib; una potens. miseri miserē petentis.
P arturis in miserū mollib; usa ueni.
P arce. iubeq; trahi. longo mea stamina tectu.

I am uite portū. meta doloris habet.
V iuere cede precor. es non dū defuit aurū.
G rata ceres. bachi fertile ~~domus~~ munus. ouant.; **MORS.**
I ndicat interius talis psumptio crimen.
I sta iuuando nocent lucra. nocendo iuuant.
O fficio cereris fames extirpat̄ egentum.
B achea spes. animo fert sitientis opem.
C ur facis esse tuum q̊d in omīs usus habet̄.
D esine ppetuus omnib; usus erit.
L eta ceres. diues bachus. comunia dona
O mnib; arrident. omīb; una salus.
S i pprium loqueris t̄. q̊d commune creauit.
T erra parens. hoc ē rapina. preda. scelus.
P one modum reb; quantū res exigit hauri.
D e reliquo. reliquos participare iube.
I nfirmū cura. misero succurre. carenti
P orrige. pauperib; esto benigna dom̊.
E x clipeo fidei. mentē circūdatus hostis.
I ctus. tela uicem. discute. frange. caue.
N on te tutatur rerū psentia diues.
S; reor & sine re munit amata fides.
I nformant hominē tria. mens a crimine munda.
F los mor. maculis inuiolata caro.
H or sollempni redimit̄ scemate. uictor
S ub pedis arbitrio fortia queq; domas.
H ostis ad incursus fragili psistere telo.
H orrens. arma dei consule. tutus eris.
S it clipei tutela fides. lorica figuret.
I ustitia. surgat lancea certus amor.
V irtus exaltet galeam sub fronte salutis.
M ucro rigens. p se uerba tonantis agat.

P laudat equus uoti. duo sint calcaria pungat
H inc amor. inde timor. sumat utq; uicem.
C elestis patrie suspiret amor paradysum.
H orreat inferni fetida claustra timor.
S ic sic armatus. expersq; erroris. habeto
L aude triumphali uiuere. laude mori
D as humiles ex ore fauos. mens pdita totu̅
E xuit. induta criminę. fraude. malis.
E xterius mellita fluunt. mens nescia ueri
I ntus hebet. sceleris pdiga. peste ualens. ; DIUES.
T alibus illatis laxatur habena doloris.
I nduit ora pudor. excitat ora sinus.
A lternant faciem pudor hinc dolor inde uicissim
L uminis in uarias exit uterq; uices.
I nclinat uultus humili pudor iste rubore.
D istrahit ora solo. pectore uerba pmit.
N ititur e contra dolor inflammare furore.
S udat inobliquu̅ luminis uerbo uagus.
M ens stimulis stimulata nouis stimulat inepte.
S ; quandoq; tepet pulsa pudore sui.
L ingui uerbu̅ satis hic. magis ille frequentat
D at tumido cordi lingua supba uiam.
H inc pudor. inde dolor. uariant fomita doloris
L itib; armant. hinc pudor. inde dolor.
C ogit ab ee̅ modu̅ dolor. & pudor in ratione.
P ugnat. sic certo limite uerba facit.
S pem uite tollis du̅ sic mea tollere curas.
N iteris in nichilum pspera fata trahi.
N ec merui de te tantos audire fauores.
I rarum stimuli. s; sine lege ruunt.
P arce incumbe misero. moderare furore.

S pne minas. tepeat feruor. iniqua fluant.
C um lacrimis effundo pces. has aure benigna.
S uscipe. suscipiens cordis in arce loca.
A ure pces. animo lacrimas admitte fauenti.
E xcludens uoto uiscera dura pio.
S unt in nator tria pondera pignore caro.
H is meus incumbit matre carente labor.
S ; sedet in uotu̅ speciei scribere forma̅
H oc faciet pcib; forsitan esse locum.
A rridet uultu trib; una iuuenta iocoso.
C astigat faciem quisq; pudore pari
L ylia candenti candenti frontis horrore.
M yrra caput. crines nardus odoris habet.
L ylia subrepens. morsu rosa mordet amico.
I n roseos uultus ludit utrumq; iubar.
S iderib; certant oculi. plus lacte supbit.
C eruix. dens gratus ordine. uincit ebur.
L abra tumor. mtu̅q; decet lanuginis umbra.
T urpe nichil munde linea naris habet.
U t pateat frontis spacium. coma flexa laborat.
A rridet membris omnib; omnis honor.
H os armare in labor e̅. in martis amore.
U t sua sint pacis marte iuuante dono. ; MORS.
F allitur officio ferro uestita iuuentus.
S epe perit. lucri captus odore sui.
O pprimit incautos armor gla tristis.
I n fragili uitam militis usus habet.
S ; secreta tuę tibi fortius atthrahe mentis.
P ectoris in melius consule dogma pium.
T res. trib; officiis partita sorte fruant.
N am sibi quemq; decet debita fata sequi.

Vere novo nova prata virent. nova rura virescunt.
Prata rosis. redolent pascua leta thimis.
Parturiunt plenos telluris viscera fetus.
Arboribus frondes. messis abundat agris.
Ecce labor studiis. estate novatur amica.
Omnibus officiis tempora grata patent.
Ergo tue proli doctrinam pande laborum.
Officii munus sumat uterque datum
Primus ruricolis comes exeat. institor alter.
Commutet merces. clericus alter erit.
Nupta viro turpe caveat tua filia scortum
Lege thori castam muniat esse fidem.
Hic verbosa cadat obiectio. causa recedat.
Excusare nequis vera probante stilo.
Hanc studiis prius iocunda iuventa precatur.
Sed caret effectu patre negante viam.
Hanc fallens. cupiens melius. fraudaberis ipse.
Frangitur ex humili sepe superba manus.
Accendit stimulos incongrua teda doloris.
Litis amat studium triste cubile parit.
Nubere maiori minor exit inutilis. urget.
Maior dissimili vivit uterque modo.
Villicus hanc optat. optatam mente revolvit.
Si renuis. votum virginis illa ferat.
Esto. maritale ius exulet in moniale.
Exulet hec mundo virgo dicata deo.; **Dives**
Carmine iam careat verbosus sermo loquacem.
Lingua procax habitum continet. ira cadat.
Parcius effundant mens fraudem. lingua venenum
Parcius ardescat pectore litis amor.
Ferventis boree compluvium grandine pectus.

Aura riget zephiri. pacis oliva perit.;
Accelerent celeres elatio perfida metas.
Certet in occasum pestis amara sui.
Tristitie spoliata notis. dulcedinis auram.
Indue. stante cadat pro ratione furor.
Pace pia moderare scelus. moderare furorem.
Inclina vultus ad mea vota tuos.
Quamvis natorum non cura recumberet intus.
Patrem. succedit altera cura michi
Criminis indicium. domus est confracta decoris.
Languet inops. pudet hanc sustinuisse solum.;
Orat opem. pudor hic novitatem querit. amicas
Compages. religet officiosa manus.
Huius in effectum me cogit. amorque. pudorque.
Lenit amor. mentis sauciat una pudor.
Ergo melle precum pectus moderare. precantis
Causa patens loquitur vivere cede reo.
Auxiliantis opus tibi sit producere vitam
Hac certus. crescunt menia. castra. domus.
Sic rerum titulo syrtes exuta pudoris.
Ista domus regnet. prospera fata sequens.
Sic probra deiciens consors victricia laudis
Famam. letitie purpuret ipsa melos.; **Mors.**
Semina verborum que mittis in ocia tristi
Suscipit aura notho turbinis unda vorat.
Hactenus amplexu lachesis te fovit. amico
Atropos atra vocat. quo necesse sequi est.
Proxima nox noctem faciet. felicibus annis.
Evacuata cholus ultima fila trahit.
Tristia se letis miscent. adversa secundis.
Illa fuere. sed hec sunt sine fine tibi.;

Semina letitie lacrimarum dant tibi messem
Collige pro meritis digna tributa tuis. Expliciunt versus de morte et diuite. Versus domni Rualendi archiepiscopi ad Sannectem capuanum archiepiscopum. Passio sancti Stephani prothomartyris.

Salue festa dies toto uenerabilis euo.
Qua martir Stephanus uicit et astra tenet.
Pro stephano xpisto. pro xpisto stephanus. hic rex.
Hic eques. ille crucem pertulit. hic lapides.
Regis eques similis. rex in cruce pro cruciante.
Hic inter lapides pro lapidante rogat.
Rex prior in pugna fuit. hic a rege secutus.
Et sociis fuso sanguine monstrat iter.
Regem dux. alii que ducem pugnando sequuntur.
Rege minor dux est. et duce turba minor.
Post passum regem fuit huius passio prima.
Post natum. primum plebs sua festa colit.
Qui primus patitur. primus celebratur in orbe.
Et bene pensatur pondus et ordo rei.
Sicut martyrio. sic et peruenit honore.
Hic socios prius hunc. post ueneratur eos.
Hic sub lege diu uiuens. in lege peritus.
Per legem xpistum comprobat esse deum.
Xpistum catholicus hominemque deumque fatetur.
Plebs hominem credit. sed negat esse deum.
Inde iacit. patitur. dat. plebs incredula martyr.
Xpisto. saxa necem. premia pro meritis.
Excessit meritum patientis. gratia dantis.
Mors habuit finem. premia fine carent.
Huic rex post bellum. quem belli tempore uidit.
Vulnera multa pati. munera multa dedit.
Ad dandum uelox. in dando largus. utrumque
Vitat. siue moram. siue minora dare.
Dum lapidaretur fuit hic abiectus ab urbe.
Et mox suscipitur ciuis in arce poli.
In terris patiens celos sibi uidit apertos.
Obrutus hic lapidum mole. triumphat ibi
Corporis exequias pia plebs animeque triumphum.
Celicole celebrant. hic dolor. ymnus ibi.
Ingemit ablato. letatur ciue recepto.
In terra sanctus. angelus ante deum.
Mortalis de morte dolet. cui uita perhennis.
Gaudet in eternum uiuere iam socium.
Inter uiuentes stephanus super ethera uiuit.
Et iam mors ultra non dominatur eius.
Iam sibi nec fletus detur pax. nec metus angit.
Nec lapsus retinet. lumina corda pedes.
Liber ad astra uolat. corrupto. uerba lictor.
Exuitur. cessant. nil ibi iuris habet.
Quem patris ad dextris sub tegmine carnis ad horam.
Viderat. exutus nunc sine fine uidet.
Hic ex more suo qui pro lapidante rogauit.
De se tutus. agat pro famulante preces. Explicit.

Versus de ioseph et fratribus eius.

Cum natura iacob duodena prole beasset.
In pueris forme gratia multa fuit.
Forma ioseph uultus aliorum laude decoris.
Preueniens. in eis lucifer alter erat.
Parcius elimans aliorum corpora fratrum.
Huic natura dedit quicquid habebat opum.
In pueri uultus tantum fuit illa decoris.
Prodiga. post munus pene remansit inops.
Commendant faciem pueri rutilans gena lumen.

Sidereum. ceruix lactea. mite caput.
Os. lumen. dentes. imitatur. reddit. adequant.
Pura nitens niueum lylia. sidus. ebur.
In laudem pueri pene natura laborat.
Miraturque suam sic studuisse manum.
Adiuuit formam pater eius diuite cultu.
Dans tunicam cuius fimbria lambit humum.
Parcius in reliquis pueris pater usus amore.
Firmius hesit in hunc mens animusque patris.
In fratres parit inuidiam res ista ministrant.
Huic alimenta malo somnia uisa ioseph.
Quod sopor ostendit ad fratrum retulit aures.
Quam declarat eis uisio talis erat.
Nos uidet unus ager. manus instat nostra labori.
Falx predatur agrum. spes sua quemque trahit.
Prona mee gelime subdit pars uestra cacumen.
Supplex. et quedam signa precantis habens.
Fratres inflammat tenuis scintilla loquele.
Flammas auxerunt altera uisa ioseph.
Somnia declarans in conspectu patris. infert
Rursus fraternis auribus ista puer.
Sol eiusque soror. undenaque sydera. pronum
Submisisse caput. uisa fuere michi.
Hec uox in fratres liuorem suscitat. iram
Prouocat. excruciat pectora. crimen alit.
Mentem non ledit uerbum puerile paternam
Nec credit fructu uisa carere suo.
In fratris mortem liuor fraternus anhelat.
Respondent sceleri tempora grata suo.
Fratribus absque ioseph missis in pascua transfert
Se puer ad patrem. prodit in ista pater.

Si pure ridet fratrum fortuna tuorum.
Consule. paret. abit. consulit ille. sichem
Surda tacent puero loca. stat puer. hesit in illum
Lumine uir. didicit quid petat. ille refert.
Rusticus exit in hec. dotaim loca consule. reddet
Quod petis ille locus. credit. abitque puer.
In puerum fratres defigunt lumen. et istis
Utentes uerbis mutua uerba serunt.
Ecce ioseph cuius fortuna laborat honori.
Cui dare promittunt somnia quicquid habent.
Ebibat innocuum cuspis fraterna cruorem.
Nec fructus habeant somnia uisa suos.
Nomine uelabit rabies se nostra ferino.
Nostrum defendet altera culpa scelus.
Impietas et amor in eorum pectore regnat.
Hec inhiat sceleri comprimit illa nefas.
Pugnat amor cum seuicia. cum crimine uirtus.
Cum pietate scelus. cum ratione furor.
Que modo perdere uult puerum. modo perdere. dici
Iure dici potest pietas impia. dulce scelus.
Affectus de corde pios eliminat hospes.
Impietas. mentem deserit exul amor.
Fratres immemores fraterni nominis urgent.
Maturantque scelus. propositoque student.
Firmiter insculptum sub pectore fratris amorem.
Conseruans. fauces soluit in ista ruben.
Nostrum compescat rationis habena furorem.
Non maculet puras sanguinis unda manus.
Simplicitas et amor pro nostro fratre precantur.
Sunt oratores iusque piumque sui.
Simplicitas ueniam siquid delinquerit orat.

Pro puero nobis supplicat ipse decor.
En cisterna vetus que longo temporis usu
Insenuit, clausum protegat illa ioseph.
Hoc est dulce scelus, hec impietas pia. iuste
Peccabit noster hac pietate furor.
Verbum pondus habet puerum cisterna recepit.
Huius culpa rei vim pietatis habet
Gaudet abitque ruben. reliqui ieiunia soluunt.
Comprimit esca famem. comprimit unda sitim.
Vix ieiuna fames primam liberaverat escam.
Presens accessit advena turba loco.
Iudas retulit hec. en nostro prospera vota
Sors bene respondet. institor ecce novus.
Pareatur puero. vendatur. serviat exul.
Paret. emptor adest. venditur ergo ioseph.
Res latet ista ruben. aberat procul inde recedens.
De puero puerum consulit ille tacet.
Ne biberint metuens insontem tela cruorem.
Indoluit. linguam solvit in ista dolor.
Heu quid agam. periit puer. o furor iste quod egit.
Dignum morte. nichil. sed quia iustus erat.
Heu quid agam. periit puer ille puer. puer ille.
In quo pendebat totus amore pater. Explicit

Comparatio de incarnatione domini.

Sol. cristallus. aque. dant qualemcumque figuram.
Virginei partus. erudiuntque fidem.
Si tingatur aquis et soli subiciatur
Scintillas profert integer ille lapis.
Flamine sic abluta sacro. subiectaque soli
Iustitie. peperit integra virgo deum.

Versus cenomannensis episcopi:

Dat magus aurum. thus. myrram. rex suscipit aurum.
Thura deus. myrram qui moriturus erat.
Thus orando damus. aurum sapiendo superna
Myrram cum carnis mortificatur opus. Explicit.

Lux nova tres movit. mens una trium tria vovit.

Quid thus designet. quid adumbret myrra. quid aurum.
Exprimat inquiro. pagina sacra doce.
Hec tria pondus habent. sacris induta figuris.
Hec tria plus precii quam foris intus habent.
Testa lapis cera est. quod verba foris t dicunt.
Quod latet interius nucleus. unda. favus.
Elicit testa nucleum. lapis evomet undam.
Cera favum promet. si bene cuncta notes.
Mortuus in myrra christo signatur. in auro
Rex. in thure deus. sunt tria forma trium.
Huic offers myrram. credatur mortuus. aurum
Regem credendo. thus venerando deum.
Qui latet intus adhuc. de verbis elice sensum.
Rursum mellitus prodiet inde liquor.
Per myrram macerata caro. doctrina per aurum.
Per thus signatur vox lacrimosa precum.
Dat myrram qui se macerat. thus quislibet orans.
Cum lacrimis. aurum qui sapienter agit.

De triplici dono iustorum:

Trina domus iusto est. fit in aere prima. secunda
Sub tellure iacet. stat super astra sequens.
Lar domus hec. tumba domus hec. polus est domus illa.
Preterit hec. illa deficit. illa manet.
Hanc faber. hanc fossor. christus parat. hanc lapis illam.
Construit. hanc vermis. hanc pietatis opus.
Sors diversa trium est. ruit hec. iacet illa. stat illa.

Plena malis. sordens puluere. fulta bonis.
Hic labor. hic dolor est. sed ibi neutrum. domus ista
Turbinis est. illa funeris. illa ioci.
Viuit in hac. sopitur in hac. homo regnat in illa.
Hic mortalis. ibi terra. beatus ibi
Iungitur hic uiuus. ibi defunctus. ibi christo.
Transitus hic. ibi mors. uita perhennis ibi.
Ruminat hic epulas. ibi uermiculos. ibi laudes.
Hic lacrimas. ibi fel. balsama gustat ibi.
Hic aliquid. nichil hic. illic habet omne quod optat.
Hic miser. hic nudus. diues habetur ibi.
In lare ros. cinis in tumba. flos in paradyso.
Hic est fumus. ibi spuma. smaragdus ibi.
Vita larem. tumbam caro. celum spiritus exit.
Suspirans intrat mortua. letus habet.
In lare suspirat uiuens. putrescit in urna
Mortuus. exultans regnat in urbe dei.
Illa priora duo supremum contulit istud.
Primi culpa patris. gratia sola dei. ;

Versus de rota fortune

Singula contemplor. et in his moror. et noto summa.
Singula quid ualeant. summa notata docet.
Primo succedunt bona. successuque iocoso.
Inuitant hominem. gaudet. et intrat homo.
Intranti placido. subrident omnia uultu.
Et blanditur ei mentis alumpna quies.
Vt sciat. ut ualeat. ut uiuat. fata laborant.
Coniurasse putes in sua uota deos.
Vita probat. fortuna parat. natura ministrat.
Sensum. regna. genus. tres tria cuncta tribus.
Vites. arua. domos. obliquat. contrahit. implet.
Vendit. emit. querit. inuenit. optat. habet.
In digito ludit aurum. digitusque superbit.
Auro congaudent. ille uel illud ei.
Ocia si pariant. sibi tedia consulit archam.
Splendet et exhilarat ocia ludus opum.
Tedia dissuadet dum mentis lumina secum
Ludere marcharum pompa iocosa monet.
His uacat. his heret. animumque sigillat in auro.
Imprimit. informat. hunc sua cura suis.
Vrit cor cura. quare miseros probo quorum
Vrit corda sed hic uritur. ergo miser.
Gaudia uel luctus. spes. uel timor augur utrumque
Suggerit. expectat. statque. caditque miser.
Sic uibrans animum fortune ludit harundo.
Ludit. et eludit. dando negando manum.
Promisit fortuna manum. mentitur et aufert.
Singula. fitque rea. nec pudet esse ream.
Pallet quod decuit. marcet quod floruit. aret
Quod uiruit. non est quod fuit. exit homo. ;

De natura opus in quantitate rerum et qualitate

Exuerat species rerum presentia ueris
Pingebat natus singula nata decor.
Nature maturat opus. clementior auster.
Scemate festino se labor ipse iuuat.
Consultas trahit illa manus per mille colores.
Distinguens operum semina mille modis.
Quos rubet illa modos capiunt mensura colorque
Exprimitur sapor hac iudice. fraglat odor.
Excelse frontis alnus porrecta superbit. de mensura secundum
Fluctibus audaces alnus itura uias. longitudinem
Ast humiles succincta comis. subsidit oliua.

Hostibus in mediis nomine tuta suo. Secundum latitudinem.
Brachia ramorum patulo circumuenit orbe.
Vlmus. in his nubit uitis amica sinus.
Lenta salix. spacium zona breuiore ligatur
Lenta salix. hedis tytire grata tuis. ; De sapore
Purpureum uiola minium rosa spargit honorem.
Casti candoris lylia dote placent.
Narcisus pallet. croceum commendat achantus.
Iacinctum neuus inter utrumque locat.
Intensa pariunt dulcedine mella saporem.
Exprimit oppositum fellis amara lues.
Hos inter fines uariantur mille saporum.
Hic placet. ille negat. hic minus. ille magis. De odore.
Quis certa nare species distinguat odorum.
Subtiles sensus perderet iste labor.
Forsitan extremos caperes discrimine noto.
Distinctus horum noscio certa probat.
Que lactant nardi. cynamomi. thuris odores.
Fetida nominis est nota pudore sui.
Sed medios seruare gradus. hic nomina pone.
Sed flexus aperti naris acuta negat.
Quo numero crescant. quo distent calle fatiscit.
Lingua loqui. sensus stat rationis inops. ;
De triplici dono hominum.
Trina domus nobis. lar. tumba. polusque paratur.
Ligna larem ligo sarcophagum. deuotio celum.
Preparat. occasus comes in lare. cinis in urna
Angelus in celo. lar pene. tumba sopori.
Celum letitie. diuersa sorte dicantur.
Culpa priora duo. dat gratia sola supernum
Quod parum ualent artes sine pecunia.

Moribus. arte. fide. celesti pectore dignus.
Cum superes alios despicis odo tamen.
Credis enim propriam uersus curare disertos.
Et placuisse putas moribus arte fide.
Dotibus his quondam sacri placuere poete.
Ingeniumque dedit premia. nomen. opes.
Nunc aliud tempus. alii pro tempore mores.
Nunc odium uirtus sceptra merentur opes.
Nil artes. nil pura fides. nil gratia lingue.
Nil fons ingenii. nil probitas sine re.
Nullus inops sapiens. ubi res. ibi copia sensus.
Res sapiunt. pauper nil nisi pauper erit.
Diuitibus quia res non tollunt crimina nomen.
Sed quos lex dampnat equat habere deus.
Hinc est quod populus aurum quasi numen adorans.
Audet in ignotum sepe uenire nefas.
Sepeque lucri totiens excedere ius et honestum.
Sustulit. ut gratis iam uiuet esse reum.
Ius perit. ordo perit. sceleri placet ora manusque
Vendere quemque inopem. tam pudet esse probum.
Non igitur mirum si quisquam prauus et excors.
Diuinos uates nullius esse putet.
Quem comitantur opes. sapientia uera reliquid.
Semper mobilibus incomitata bonis ;
De uilipendenda carnis molestia.
Marcet flos. aret riuus. quassatur harundo.
Flos bruma. sole riuus. harundo nothis.
Radix uiua. perhennis fons. immobilis arbor.
Hostibus in mediis dampna minora ferunt.
Non perit a niuibus radix. non uritur estu.
Fons. nec in arboreo robore turbo ualet.

Quid uelit hic sermo. quid nota uocabula rerū
Consule. claudit⁹ hic res aliena modis.
Naturā carnis denunciat omē caducū
Firmior in reb; grā spiritus est.
Labentis carnis firmare gradū. fulcire ruinā.
Sistere decursus. pditur ubi labor.
Certat in oppositū quē rerū transit⁹ ordo
Nature. legum lex. sine lege rapit.
Interitus carnis. si quē dotret inermem.
Exul adam meriti nouerit esse sui.
Exulat a uita mors. nox a luce. salutis
Langor eget. nescit guadia leta dolor.
Mors fecunda minis. nox umbre pdiga. langor
Peste. dolor lacrimis. tempa nrā tenent.
Quod ppe. qđ meritū. qđ notū. qđq; necesse ē.
Que frons. que ratio. tollere posse putat.
Quo me clotho uocat. 7 q̄ lachesis trahit. aut q̄
Atropos exire cogit. abire uetas.
Sȝ fessam reparare licet. releuare cadentē.
Hoc fomenta parant. hoc medicina facit.
Das anime poct⁹ medicū. fomenta leuam
Que mendicat opem. saucia. fessa. ruens.
Verberib; grana mundant⁹. ut uua laborat.
Vina fluunt. oleum nux n̄ pressa parit.
Inter pressuras. carnis. reparat⁹ imago.
Calca. dum cadit hec. erigit illa caput.
Iob pollens opib; grege diues. ple beatus.
Dampnose sortis preda statut⁹ ouat.
Verberib; uber. ferro sup additur ignis.
Cū dampnis rerum gla carnis obit.
Sub stimulo sathane paul⁹. sub herode laborat

Petrus. utrūq; mare uexat. utrāq; nero.
Qui sitit hos calices. a frigore lib' 7 estu.
Nec dampno rerū flet. nec amore stupet.;

Versus cuiusdā clerici

Omnia mors equat. mors omib; una uagat⁹.
Mors a principio uite postrema minat⁹.
Quicquid habet natura potens. qcqd fabricat⁹.
Mors punit. mors debilitat. mors depoplatur.
Mors homines sine lege ruens detrudit ab eē.
Detrusosq; semel nūquam pducit adesse.
Machina destruit⁹. iunctura perit nūmor;.
Corpis 7 mentis rupta compage duor;.
Exteritur nodus quē sic natura ligarat.
Scinditur in partes quod in unū consociarat.
Pars abit in cineres. nec ab una sede mouet⁹.
Pars abit in lucem. qua nulla mole tenet⁹.
Altera pars heret. pars euolat altera sursum.
Non tardante suum t̄reno carcere cursū.
Altera pars moritur. fruit⁹ pars altera uita
Tractib; ethereis; ppriosq; decore potita
Induitur quod erat. pcul omē labe remota
Dum fuit in terris letheo flumine pota
Etheree lucis notos ingressa penates.
Simplicis assumit nature cōmoditates.
Astra uidens. sedesq; poli mirata supnas.
Fert nimis indigne cecas habitasse cauernas.;
Mors furit 7 mortis se mancipat omē furori
Nil debens morti. mors facit omē mori
Mors indiscrete maiora minorib; equat.
Omnia mors equa conditione necat.;

Versus de mala femina.

Plurima cum valeant mores evertere sacros.
Altius evertunt. femina. census. honos.
Femina. census. honos. monimenta facesque malorum.
In scelus. in gladios corda manusque trahunt.
Femina res fragilis numquam nisi crimine constans.
Numquam sponte sua desinit esse nocens.
Femina flamma vorans. furor ultimus. unica clades.
Et docet et discit. quicquid obesse solet.
Femina vile forum. res publica. fallere gnara.
Successisse putat cum licet esse ream.
Femina triste iugum. querimonia iuris et equi.
Turpe putat quotiens turpia nulla gerit.
Femina tam gravior quanto pulchrior hostis.
Invitat crimen munere. voce. manu.
Omnia consumens vicio consumitur omni.
Et predata viros preda fit ipsa viris.
Corpus. opes. animos. enervat. dirigit. angit.
Tela. manus. odium. suggerit. armat. alit.
Femina mente parum et vita spoliavit Uriam.
Et pietate David et Salomon a fide.
Femina non timuit iugulo dampnare Iohannem.
Ypolitum leto. compedibusque Ioseph.
Femina mente gerit. lingua probat. actibus implet.
Quo lex. quo populus. quo simul ipsa ruit. ; De auro.
Non minus immutat animos. aut eruit aurum.
Nec minus illicitum currere monstrat iter.
Vix est quem pudeat auro pervertere rectum.
Quem pigeat precio quolibet esse reum.
Auro perficitur quicquid captatur inane.
Nemoque pretenso munere vana rogat.
Aurum corda movens oculorum preda sacrorum.
In facinus pravas armat agitque manus.
Auro sepe labat virtus. et robur eorum.
Quorum corda deus cetera laudat homo.
Et quem iurares cervicem impendere recto.
Spe modici fructus cuncta licere putat.
Hostis atrox. iudex quoque gravis. tortorque severus.
Spe precii laxant prelia iura manus.
Aurum castra locat. classem parat. exerit enses.
Spernere vim. ventos. equora. tela docet.
Solvit coniugium. perrumpit claustra pudoris.
Sacra cede manus. inquinat ora dolis.
Auro Crassus obit. auro ruit Amphioraus.
Auro castra. duces. ius. populique cadunt. ; De ambitu
Quem vero nec res. nec femina frangere possunt
Ambitus expugnat. consceleratque pium.
Ambitus in ventum mores deflectit. et infra.
Posse suum. quemquam non sinit esse suum.
Huius opus turbare duces. turbare [mutare] coronas.
Innocuis letum. sceptra parare reis.
Urbibus excidium. templisque parare ruinam.
Spernere patricios ignibus igne lares.
Naturam viciis. superos offendere ritu.
Parcere tunc tantum dum nocuisse nequit.
Quem semel arripiunt tante contagia cladis.
Cuncta licere putat dum sibi regna parat.
Sustinet hic gladios in patrem ferre nec umquam
Fraude carere dolis. mens. manus. ora vacant. ; De peste hiemis.
Tempus iners mea membra quatit. mens obruta torpet.
Horret bruma. rigent pectora. sensus hebet.
Sensus hebet cum bruma viam claudit. negat. aufert.
Ingenii rivos sistere bruma potest.

Nam toga rara mihi. uestis mea peruia uento.
Sibilat aura cute. sibilus iste premit.
Palla mihi sed palliolum nam fibula pellis.
Limbus. rupta uetus. turpis. adheret ei.
Nulla mihi pellis circumflua subuenit estu
Non me pellis ope torrida zona tenet.
Sic ne mihi fortuna fauet. dat. subuenit. immo
hec necat. hec aufert. hec nocet atra mihi.
Vbera trazoni sua porrigit. ubera lactis.
Copia fecundat. ubera trizo bibit.
Ergo iubet. paret. amat. fruitur. rogat. haurit.
Pulsat. init. pugnat. opprimit. obit obest.
hic stabulum. digitos. corpus. caput. impleo inaurat.
Colligit. ornat. equis. iaspide. ueste. mitra.
Stat. prior. est non sum. surgit labor. capit opto.
Vicit. cedo. ualet. uileo. uendit. emo.
Vendit. letatur. lucratur. emo. fleo perdo.
Diues. opimus. habens. pauper. egerus. inops.
Veste domat brumam. laxat uim frigoris igne.
Vendicat estate uestis et ignis ei.
Cum solis faciem contristant pallia noctis.
Nocturnusque uenit tingere carbo diem.
Artifici sole tenebras illuminat. aulam.
Stellat candelis, prouocat arte diem.
Nocte diem pandit. et nocte luce serenat.
Est oblita sui nox. sine nocte nitens.
hora monet cenam discubitur. intima bachum.
Fundit cella. pluit larga coquina dapes.
Non hic bachus iners. non hunc effeminat hospes.
Fagus. sed recipit aureus hospes eum.

De grato ortu estatis.

Cessit hiems. spirant zephiri. clementia ueris.
Ridet et in partum germinat. omnis humus.
Quod stringit boreas. lasciuior aura resoluit.
Quodque ligarat hiemps. sol mouet. humor alit.
Viuit. uernat auis. pubescit gramine pratum.
Arua satis. uitis palmite. fronde nemus.
Astrologis celum uer temperat. equora nautis.
Ver aperit terre uiscera. clausa prius.

Quoniam elemosina non debet dari pro humana laude.

Flos claustri. speculum uirtutis. gemma sophie.
Dissona sunt meritis. nomina tanta meis.
Nam si res uerbis. si uitam comparo laudi.
hec dedit. illa rapit. hec ait. illa negat.
In uacuas aures dulcescunt mella fauoris.
Sufficit ille sibi quem sua uita probat.
Ergo tolle quibus emitur male cauta uoluptas.
In steriles agros uerbula uerba seris.
Nonne putas in opum res clauas fauoris inuri.
Ille sonat xpm cui patet ista domus.
Per xpo data. uis uendam pro nomine laudis.
Cui placet hec. stulto proximus ille sedet.
Nolo tuum calicem babilon. uolo pocula uite.
Est mihi dampna fauor. est mihi lucra deus.
Si per eum pulses exaudit ianua regem.
Si in per eum. surdis auribus era sonant.

Ad inuidos.

Indicio natum facit inclita fama beatum.
De quo fama tacet uilis ut alga iacet.
Vita uiro forti laus est contraria morti.
Carnea massa perit. fama superstes erit.
Omni te studio captabant fama poete.
Cum nil iocundum nil aliquid sine te

Pluraque secreta legit sibi quisque poeta.
Sic viguit studium. floruit ingenium.
Et se fama sibi contulit omnis ibi.
Hoc studio laudis ne sit mea fama subaudis.
Fontis castalii consilium petii.
Inveni musas per montis gramina fusas.
Quas simul inveni mox ait una veni
Advenio. querunt quid queram. pando. dederunt.
Vatificatus ibi pocula sacra bibi.
Surgens interea de cetu calliopea.
Ornat appollinea tempora fronde mea.
Ut retuli grates. elyconem desero vates.
Scribo. nostra placent. cetera scripta tacent.
Cere si quando foliis ve poemata mando.
Qui studium querunt ceu sacrosancta ferunt.
Pagina nostra viget. licet hic. licet ille fatiget.
Sed fluet in vanum quod spuit ira canum.
Quod mea laus crescit. dolet invidus. atque macrescit.
Quod dolet. et tabet. vulneris est quod habet.
Vulgus inops fame tere livor et ange. sed a me
Absis sicut abes. vulgus habe quod habes.
Plange. dole. sevi. quia victus es improbe veni.
Et tua calcavi colla pose bavi.
Transalpinavit mea fama superque volavit.
Alta colossei nominis aura mei.
Me mea per totum fecere poemata notum.
Neque regna regit regia roma legit.
Gratus quisquis ero. par virgilio. ut homero.
Non sub nube iacet quod tibi roma placet.

Versus de divitiis mundi labentibus.

Illecebre mundi. laus. forma. potentia. fundi. f. a.

f. b.

Gaza voluptates. genus excelsique penates.
Insinuant fluctus sese dare. dantia luctus.
His genus humanum prorumpit in omne prophanum.
Hec dum captamus ea nos predantur ut hamus.
Quem dum celatur piscis rapit ut rapiatur.
Omnes falluntur qui gaudia vana sequuntur.
Que cito labuntur quibus in preceps rapiuntur.
Horum blanditiis hominum genus illaqueatur.
Horum fortunis successibus exhilaratur.
Dumque vacat nugis et ceca nube tenetur.
Longius a veris exorbitat et removetur.
Hic si laudetur sibi felix esse videtur. .c.

F. c.

Cumque suas iactat laudes. non celica tractat.
Aliter regnandi cupidissimus et dominandi.
Expetit ut tantum sit de numero dominantum.
Hunc mollis victus delectat vanus amictus.
Seque voluptatum fluxu putat esse beatum.
Que quam sint vana probat actio cotidiana.
Nil in eis clarum rerum probat exitus harum.
Hic petit argentum cumulans sex tercia centum.
Nil reputans carum nisi pondera divitiarum.
Dumque rei servus studet ut cumuletur acervus. F. d.

F. d.

Abstinet. indurat. querit. nec cetera curat.
Sed fortuna levis solito dum turbine sevis
Incumbente rota. rapitur possessio tota.
Hic se formosum se predicat et generosum.
Sed sic formosos necat. atropos ut generosos.
Ergo mundanis quorum iacet usus inanis.
Nemo sit intentus quia deficiunt quasi ventus.
Sit potius vobis carnem compescere cura
Ne submissa sibi sichem transeat ad sua iura
Si carnis semel impium quisquam patiatur.
Ut quasi blanditiis rabies eius reprimatur
More canis peri tumor eius et ira novatur
Et quasi succisum caput ydre multiplicatur.
Ergo laboremus carnem compescere frenis.
Nanque vitemus eius dare colla catenis.
Carne semel domita ratio carni dominatur
Sicque renitentis sichem integritas reparatur.
Ex individuo procul hoc ut divideretur.
Venit in exilium. quo compede vincta tenetur.
Per potum leches descendit in ebrietatem.
Tristis in antiquam suspirat sobrietatem.
Fundatamque sibi gemit immutabilitatem.
Hinc stupide molle fert illecebras affrodite.
munera pretendens que sunt contraria vite.
Expuat illecebras ne se sinat illaqueari.
Nativumque iubar cursu petet orbiculari.
Sic vidi vidue naturam simplicitatis.
Induet immunis cuilibet alteritatis.
Hec bene discernens rannulfus conscius horum.
Carne triumphata tritto laqueo viciorum.
Sustulit a tenebris sichen ad convexa polorum.

Qua fruitur requie turbis sociata piorum; ORATIO
Me miserum quid agam porto sub pectore plagam.
Plagam peccati fetentis et inveterati.
Tamquam si portem sub eodem pectore mortem.
Quod quotiens lavi. totiens emplastra ligavi.
A corruptione totiens est victa medela.
Mille ligaturas admovi non valituras.
Semper rupta cutis super est via nulla salutis.
Hic totus horror est mens mea plena timoris.
Nam formidat ita subito discedere vita.
Et flammas horret quibus ultio crimina torret.
Flammas eternas infernalesque cavernas.
Cum tamen hec meditor frustra consurgere nitor.
Herens quippe luto. pro consuetudine victo.
In tot et in tantis violavi iussa tonantis.
Quod propter despero meliorari quia sero.
Sed quamvis sero tamen adiutoria quero.
Non humana quidem nam sunt michi cognita pridem
Sola divina sum salvandus medicina.
Ad te suspiro. celi non subdite giro.
Summe sacerdotum tibi profero debile votum.
Dextera salvatrix fac hereat ista cicatrix.
Ne removet sulcum sicut solet ulcus hiulcum.
Christe dei verbum qui despicis omne superbum.
Exaltans humiles. tollens de pulvere viles.
Plasmator rerum. lumen de lumine verum.
Huc adhibeto manus ut fecit samaritanus.
Ablue divino saniem cum sanguine vivo.
Et dones vivo perfundi vulnus olivo.
Ut vivo lotum sanetur et unguine fotum.
O maior celo tibi quod doleo omne revelo.

Culpas agnosco laxari debita posco.
Spernere me noli. quia peccavi tibi soli.
Nec me trade neci quia coram te mala feci
Mundi salvator. nostreque salutis amator.
Per cuius nutum complet facundia mutum
Ex oculis cordis michi tolle quod est ibi sordis.
Et linguam mutam fac ad bona verba solutam.
Languida qui sanas. cava reples. aspera planas.
Rectificas tortum. mortem convertis ad ortum.
His aliisque malis. pleno michi sis venialis.
Virgo parens christi placa michi quem genuisti.
Audi care deo qui natus es ex zebedeo.
Exora pro me petre nobilis incola rome.
Tu quoque paule sacer. vir spiritualis et acer.
Omnes electi dominum prece cogite flecti;

Versus cenomannensis episcopi

Nuper eram locuples. multisque beatus amicis.
Et risere diu fata secunda michi.
Larga ceres. deus archadie. bachusque replebant.
Horrea. tecta. penum. farre. bidente. mero.
Ortus. apes. famule. pulmento. melle. tapetis
Ditabant large. prandia. vasa. domum.
Dextra laborabat geminis. pomeria fructu
Prata redundabant gramine. lacte greges.
Agger opum tranquilla quies. numerosus amicus.
Delicias. somnos. consiliumque dabant.
Cetera quid referam mestos solantia vultus.
Omnia captare prosperitatis erant.
Iurares superos intra mea vota teneri
Et res occasus dedidicisse pati
Mirabar sic te te sic fortuna fidelem.

Mirabar stabilem que leuis esse soles.
Sepe michi dixi quorsum tam prospera rerum
Quid sibi uult tantus. tam citus agger opum
Est michi nulla fides. nulla est constantia rebus.
Res ipse quid sint. mobilitate docent.
Res hominum atque homines leuis alea uersat in auras.
Et uenit a summo summa ruina gradu.
Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu
Et spondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie cras te fortasse relinquet
Aut modo dum loqueris. desinet esse tuum.
Has ludit fortuna uices. regesque superbos
Aut seruos humiles non sinit esse diu.
Ille dolosa comes sola leuitate fidelis.
Non impune fauet. aut sine fine premit.
Illa michi quondam risu blandita sereno.
Mutauit uultus nubila facta suos.
Et uelut externam misero conata ruinam
Spem quoque leticie. detraxit ipsa michi.
Illa professa dolum. submisit. diruit. ussit.
Culta. domos. uites. ymbribus. igne. gelu.
Insuper exhausit. expulsit. debilitauit.
Hoste. notho. morbis. horrea. poma. gregem.
Accessit dampnis nouus ille grauisque tyrannus
Quo cenomannorum consule. ius periit.
Cuius auos puduit scelerum genuisse patronum
Fortuneque patrem mobilitate. dolis.
Ille pudor patrie. me non impune tuentem.
Iusticie leges. expulit a patria.
Inde ratem scando. uitam committo procellis.
Vela tument. gemina cimba iuuatur ope.

Portus erat longe. cum uentus fortior estu
Mouit. et in tumulos auster arauit aquas.
Crescit hyemps. ager aura ratem. fugit unda dehiscens.
Ymbre madet uelum. nox tegit atra diem.
Desperare iubent. uenti. mare. turbine. fluctus.
Occursu rupes. ignibus ipse polus.
In fragilem pinum. totus prope congerit iras.
Orbis. et est hostis quicquid obesse potest.
Et dum seuit hyemps dum pallet et ipse magister.
Dum stupet. et fieri piscibus esca timet.
Ecce rapax turbo. tollens ad sydera fluctus.
Impulit ad litus iam sine puppe ratem.
Sic misere felix quassa rate. rebus ademptis.
Quasi uentos. equora. saxa. iouem.
Ecce quid est hominis. quod iure uocare patrium.
Qua miser ille sibi plaudere dote potest.
Hoc est. hoc hominis. semper cum tempore labi.
Et semper quadam conditione mori.
Est hominis nudum nasci. nudumque reuerti
Ad matrem. nec opes tollere posse suas.
Est hominis putrere solo. saniemque fateri.
Et miseris gradibus in cinerem redigi.
Istius est heres homo prosperitatis et illum
Certius hiis dominum predia nulla manent.
Res et opes prestantur ei famulantur ad horam.
Et locuples mane uespere pauper erit.
Nemo potest rebus ius assignare manendi
Que nutus hominum non didicere sequi.
Ius illis deus ascripsit. statuitque teneri
Legibus et nutu. stare uel ire suo.
Ille simul semel et solus. preuidit et egit

Cuncta. nec illa aliter uidit. agitque aliter.
Et uidit facienda facit. regit absque labore
Distinguit formis. tempore. siue loco.
Crescendi stadium rebus metitur. et illas
Secretus uersat legibus ipse manens.
Ipse manens dum cuncta mouet mortalibus egris.
Consulit. et quo sit spes statuenda docet.
Si fas est credi te quicquam posse uel esse.
O fortuna quod es. quod potes. esse dedit.
Pace tua loquar fortuna. blandire minare.
Nil tamen inde querar. aut bene letus ages.
Ille potens mitis tenor. et concordia rerum.
Quicquid uult in me digerat. eius ero.

Versus de destructione Rome

Par tibi roma nichil cum sis prope tota ruina.
Quod magna fueris integra fracta doces.
Longa tuos fastus etas destruxit. et arces.
Cesaris. et superum templa palude iacent.
Ille labor labor ille ruit. quem dirus araxes
Et stantem tremuit. et cecidisse dolet.
Quam gladii heroum. quam prouida iura senatus.
Quam superi rerum constituere caput.
Quam magis elegit cum crimine solus habere.
Cesar. quam socius et prius esse socer.
Qui crescens studiis tribus hostes. crimen. amicos.
Vi domuit. secuit legibus. emit ope.
In quam dum fieret uigilauit cura deorum.
Iuuit opus pietas hospitis. unda locum.
Materiem fabros. expensas. axis uterque.
Misit. se muris obtulit ipse locus.
Expendere duces thesauros. fata fauorem.
Artifices studium. totus et orbis opes.
Urbs cecidit de qua si quicquam dicere dignum
Moliar. hoc potero dicere roma fuit.
Non tamen annorum series. non flamma nec hostes.
Ad plenum potuit hoc abolere decus.
Cura hominum ualuit tantam componere romam.
Quantam non potuit soluere cura deum.
Confer opes. marmorque nouum. superumque fauorem.
Artifices uigilent in noua facta manus.
Non tamen aut stanti fieri par machina muro.
Aut restaurari sola ruina potest.
Hic superum formas superi mirantur et ipsi
Et cupiunt fictis uultibus esse pares.
Non potuit natura deos hoc ore creare.
Quo miranda deum signa creauit homo.
Vultus adest his numinibus. potiusque coluntur.
Artificis studio. quam deitate sua.
Urbs felix. si uel dominis urbs illa careret.
Vel dominis esset turpe carere fide.

Responsio urbis Rome

Cum simulachra mihi. cum numina uana placerent
Militia. populo. menibus alta fui.
At simul effigies. arasque superstitiosas.
Deiciens. uni sum famulata deo.
Cesserunt arces. cecidere palatia regum
Seruiuit populus. degenerauit eques
Vix scio que fuerim. uix rome roma recordor.
Vix sinit occasus uel meminisse mei.
Gratior hec iactura mihi successibus illis.
Maior sum pauper diuite. stante iacens.
Plus aquilis uexilla crucis. plus cesare petrus.

Plus ducib; cunctis uulgus inerme dedit.
Stans domui terras. infernu diruta pulso.
Corpora stans. animas fracta iacensq; rego.
Tunc misere plebi. m̄ principib; tenebraru.
Impero. tunc urbes nunc mea regna polus.
Quod ne cesarib; uidear debere uel armis.
Et rerum species meq; meosq; trahat.
Armoru uis illa perit. ruit alta senat.
Sta. pcumbunt templa. theatra iacent.
Rostra uacant. edicta silent. sua pmia desunt.
Emeritis. poplo iura colonus agris.
Durus eques. iudex rigidus. plebs libera qnda.
Querit. amat. patitur. ocia lucra iugum.
Ista iacent ne forte mens spe ponat in illis.
Cuis ⁊ euacuet spemq; bonumq; crucis.
Crux edes alias. alios pmittit honores.
Militib; tribuens regna supna suis.
Sub cruce rex seruu. sed liber lege tenetur.
Sz diadema gerens. iussa tremit. sz amat.
Fundit auarus opes. sz abundat fenerat ide.
Sz bene custodit. sz super astra locat.
Quis gladio cesar. quis sollicitudine consul.
Quis rethor lingua. que mea castra manu.
Tanta dedere m̄ studiis ⁊ legib; horum.
Obtinui terras. crux dedit una polum.

Incipiunt versus de sca Susanna. Sacdotes accusantes.

Ad nram uigilet populi prudentia uoce.
Ius seruet uiri. debita cura patrum.
Stat nr pro lege uigor. dans debita uester
Stet pro iure rigor. dans rationis opem.
Lex languet. sanare cadit. succurrite casus.
Explicat. audite uult sibi iura dare.
Si uigeat ratio. iudex. si ius bene nobis.
Consulat. hanc feriet uulnere pena graui.
Namq; fidem lesit. sponsum delusit. amico
Allusit. tacite lusit. ubiq; leuis.
Euomat hanc saniem. matru sex pudor ista
Ne pestis sanas ledere possit oues.
Eruat hunc fruticem uultus patru furor ista
Ne taxus sanas tangere possit apes.
In matres serpet nimis hec pestis. n tergat
Lex uicium. culpa pena. flagella dolos.
Ne blande fronti. miti ne credite lingue.
Vel quia sit simplex. ista. ut illa tacens.
Aspis blandit. tacet hostis. dat tamen illa.
Mortem cu somno. uulnerat ille dolo.
Blanditie phalerant fraudes. mentisq; uenenu
Mitis lingua tegit. talib; ista uiget.
Hec frontis pietas est. fraudis alumpna loquendi
Simplicitas. auget. multiplicat q; dolos.
Ne tamen ista fides egro titubet pede. stabit
Firmior. hanc facient ista notata ratam.
Hec mulier sitiens alieni guadia leti.
Et socii fugiens debita iura thori.
Rimatur que amet. iuuene uenatur amoris.
Retibus. ad laqueos que sibi querit adest.
Hunc oculi nutus. mentis consensus. amoris
Inuitat stimulus. talibus illa placet.
Iuuenem pstat oculi lasciuia. mentis
Error consentit. tercius unit amor.
Hos sic unitos tenuis tardat mora. naq;
Blandus amansq; rogat. leta leuisq; fauet.

Blandus conplexu blandit(ur) amans nimis audet
Leta thoro gaudet. uult sibi furta leuis.
Instat amor fraudesq(ue) cupit. fraudes sibi temp(us)
Querunt. dant furtu(m) tempora. furta locum.
Accipit hos ortus floru(m) uestitus amictus.
Accipit hos leto sole beata dies.
Pro pudor hec arpya thoros iam omnine fedat.
Simplicitas sponsi nescit abesse fidem.
Pro dolor hec temerat. hic non timet. hec cauet. iste
Non cauet. hec fedat. fidit hic. ista nocet.
Dum pudor occumbit. mulier succumbit amic(o)
Incumbit. facinus du(m) sine iure subit.
Pro scelus. hec nros incestant omina uultus.
Eger confundit pectora ura dolor.
Murmurat iste dolor. faciunt audita stuporem.
Murmura. confundit eger uterq(ue) timor.
Affligit uultum pallor. timet hec. pudet illum
Consulit hec latebras. consulit ille fugam
Sed quia nil tutu(m) putat esse timor parat illa.
Et quonia(m) cursu(m) dat pudor ille latet.
Alterius riuos hausit riualis adulter.
Peccauit. ratio iudicet inde patrum. ;

Danihel p(ro) s(an)c(t)a Susanna.

Perdere mendaces uenio. seruare gementem.
Hinc dampnare minas. inde leuare metus.
Ergo me pietas fidei uirtute sigillat.
Ut tali diues munere uera loquar.
Mens intus ratione uiget. clementia iuris.
Exterius uernat robore fulta sacro.
Victor ut excusem liuoris turbine lesam.
Et rigor ut dampnem p(er)fida uerba senum.

In tenebris falsi p(ro)ducant falsa loquentes.
Et ueri lucem semp(er) abesse uolunt.
Ore canes. s(ed) fronte senes. non mente benigni.
Latrant. p(re)tendunt candida. fraude nocent.
Mente lupi. s(ed) fronte pii. s(ed) mente maligni.
Blandiciis ungunt. inde uenena latent.
Ungite syrenes pplm. clam pungite iusta(m)
Mergite. damnabit debita pena malos.
Ledite pueri uerbis. re ledite. facto.
Prodite. seruabit debita uita bonos. bonos
Inde timor uobis. spes huic. uobis dolor. isti
Gaudia. styx uobis. huic paradysus erit. Gaudia styx vobis huic paradisus erit
Criminis emerget puteo. que mergitur iras
Turbinis euadet. q(ua)m mala turbat hyemps.
Cur siccu(m) dicunt fruticem? cur mella uenenu(m)?
Nam sine labe uiret. nam sine felle uiget.
Ecce cadit quia casta. ruit quia iusta. liuet q(uo)d
Simplex. quod fida flet. quod honesta gemit.
Est scelus pietas. labor illi. crimen honestas
Virtus. pena fides. culpa ruina uigor.
Non sic me fregit fragilis fortuna potentu(m).
Quin ueru(m) fatear. s(ed) probate patres.

Spondebat messes estatis adulta senectus.
Urebat sicco scirius ore solum.
Cum sitit hec fontes cupit. umbras consulit auras
Inuitat. socias elicit. intrat agrum.
Fons placet ut bibat. ut tegat umbra. ut iuuet aura.
Ne timeat socie. ne uideat ager.
Intrat. s(ed) capitur. ludit. s(ed) leditur. hostem
Nescit. at obstat ab(est) mechus. at hostis obest.
Nam dum respirat puro sitis. ego liquore.

Dum iuuat hanc hilari garrula ripa sono.
Host agitat stimulo ueneris lasciua uoluptas
Incendit senium. fax sine luce cremans.
Ft ueteli fiunt uituli. ruge iuuenant^ur^.
Tunc minime legū cura uigebat ibi
Plus placuit lecti quā recti cura libido
Quam libri ueneris quā rationis opus.
Hos effrenat amor. has refrenat timor. instant
Hi. latitant iste. s; tamen ista patet.
Ista lupos credit pastores ēē tenetur.
Hoc grauius ledit. hostis amicus obest.
In prece sunt toti. negat in p̄cio. fugit in ui.
Respuit armat^ur^. mente. pudore. fide.
Oppugnant t̄na trib; istis. hinc p̄cib; mens.
Inde pudor. precio uirib; inde fides.
Ut nichil hec ualuere. minis dolor asp̄at irā
Non tam̄ infirmat ista p̄cella fidem.
Inculsant. s; in his cause sententia multū.
Dissonat. affirmat iste quod ille negat.
Alter sub p̄no mechos uidisse fatetur.
Alter sub ficu. fallit uterq; patres.
Cessent. id q̄m confirmat regula legū
Auctorē debet perdere pena suum. ;

Versus de sponso adūsus sponsā suā

Quidam negotiator dum spe lucri transfretaret. domi suam reliquit uxorē. que ab alio institore in consortiū lecti adoptata ē. Jlla negauit. deinde ap̄c castitatē eī eam amauit. ita etiam ut cū moreret^ur^ p̄merēt^ur^. heredē suoꝝ eam constituit. Marit^us^ eī rediens suspicat^us^ est adulteriū. et inde ante iudices. Trahit illā in causam sic loquens

Rarius in t̄ris nichil ē quā femina recti
Conscia. fida uiro. quā nota nulla notat.
Non uideo que sit ut munditie niue pura.
Uel fidei speculo clara. uel absq; nota
Et licet exuerit muliebrē femina sexū.
Non tunicā fraudis. exuet illa tamen.
Nam neq; deponet cornix abluta colorem.
Et later ablut^us^ non erit absq; luto.
Exp̄mit hec mulier. factis q̄d p̄sono uerbis.
Cornix ē. later ē. lota nec esse potest.
Semp̄ ab hac studii solitas abstergere sordes.
S; teste solitus semp̄ adheret odor.
Uni^us^ uicii caput amputo. s; duo surgunt.
Fitq; magis dampno fertilis ydra suo.
Tanta quidē uicii seges ex hac pullulat ydra.
Quanta nec ab hercule^o^ possit ab ense meti.
S; dicis iuuat hanc simplex facies. ego contr^a^.
Motib; unda carens ēē dolosa solet.
Hec ē simplicitas que fraudem palliat extra.
Blanditur facie. clam fouet illa dolum.
Et ne uos lateat res. et fraudis modus. ecce
Uobis depingam remq; doliq; modum. ;
Exuerat pratis uiolarū purpura uestem.
Crisp̄erat q; suam silua sup̄ba comam.
Et rosa de foliis erump̄e iam meditari.
Ceperat. et p̄ne sumpserat ore lyram.
Utq; loquar breuit^er^. roseo uer riserat ore.
Blandiriq; rati ceperat aura mee.
Cum discedo. rates paro. merces compo. gazas
Colligo. fasciculos alligo. sulco fretum.
Equore iactor. abest comes uxor. sudo. quiesco.
Mercor. mechat^ur^. no. nec. aberro. iacet.

V nda tibi puppem cōmitto. thor̄ tibi sponsa
S eruet ut hec uitam. seruet ut illa fidem.
O res mira. dolo caret unda. fide caret uxor
I n pelago tutus. naufragus extra domi.
S ponsa fidem lesit. nec ꝓsunt ferrea. pulchris
C laustra. nec esse potest tutus in arce decor.
I n gremium danes. pluit alter iupit̄ aurū.
I n terris alium ꝑtulit illa iouem.
M echus adest. post se trahit illam retib; auri.
S ; prius hec iuuenem. traxit amore sibi.
H ec iuuenē specie capit. hanc iuuenis cap̄ auro.
E t mulier prede. preda fit ipsa sue.
R eq; noua preda ꝑdatur. adurit adusta.
C apta capit. ledit lesa. cupita cupit.
N ec moueor si mech' in hanc oculū ut amorē
F ixit. ꝑdari lumina. forma solet.
Q uis ne genis helene. uisis. paris ēē recuset.
G orgone quis uisa tardet in esse lapis.
S unt comites amor 7 facies. pudor hostis utriq;.
S i pudor ē. amor ē. s; pudor exul abest.
Q uid moror. hec mechū tectoq; thoroq; recepit.
H ospes tecta. thor̄ mecha. parare studet.
N e nr̄am sine teste fidem mutare putetis.
S ic stabit cause firma columpna mee.
M ecum sunt testes. mech' ut mecha. notatis.
H is in utroq; notis. firmat uterq; fidem.
F allax 7 diues 7 largus institor ille.
S ola decora. rapax. 7 leuis. ista fuit.
F allax ille. dolo studuit. diues. tulit aurū.
L argus. fudit opes. institor emit eam.
H ec est sola. nichil timet. q̄ decora. rogat.

E rgo rapax. q̄ uult. leuis q̄ fauet.
F irmior accedit. testis sup omnia. scripti
P agina. mechantis picta notante manu.
M echus ibi clamat. in rerum flore mearū.
H eredis mulier suppleat ista uicem.
A n rebus florere suis ꝑmitteret illam.
S i marcessere spem cerneret ille suam.
S ; scio quod iuuenis lectū non licius arauit.
S parsit. 7 in campo messuit ille meo.
I nde queror. succurre precor. digitoq; medentis.
C onsilij. uulnus cura terge meum. ; Responsio sponse
I ncestat caste titulos. infamia culpe.
I te iudex. lesus consulit inde pudor.
M e noua causa uocat. uenio. me c̄rimina turpant.
P urgo. me culpa uulnerat. obsto. nota.
C ausor credenda. t̄por laudanda. fouenda
V ulneror. id ledit. id grauat. istud obest.
C ausatur sponsus. socius deturpat. amicus
V ulnerat. inde dolor. huic pudor. inde nefas.
I n sponso sponsum pietas spondebat amorē.
S ; fractam fraus rumpit inopina fidem.
H oc stupeo uuln'. s; plus stupeo ferientē.
C rimen obest. s; plus criminis auctor obest.
S ub lauro taxum. [illegible] sub ficu toxica. sub spe
I nuenio gemitū. sub pietate [illegible] dolum.
N ec mirū. simplex uiscatur sepe [illegible] columba.
E t simplex turtur aucupis arte cadit.
S i tamen infirmet scabies me c̄minis hui'.
H ic meus ex morbo publica dampna feret.
S i culpe ledunt istū contagia culpe.
V ulgo curruca nam solet ēē iocus.

Curricam ridere soleo lasciuia uulgi
Curruce nomen postulat iste sibi
Ergo se ledit. se dampnet. se punit iste.
Dum lupa. dum meretrix. dum uiolenta uocor
Me tamen obscuret ista rubigine. uerum
Expimo. culpantes opprimo. falsa primo.
Cum primo uernum cepit iuuenescere tempus.
Rem. uitam. nauem. credidit iste mari
Me linquit. sed delinquit. quia sola relinquor
Sulcat. sed peccat hic. quia sola petor
Femina nupta timens. supplex uiduata relinquor.
Vir sponsus custos. dux comes inde fugit.
Femina nec thais coniunx. non adultera uiuo
Supplex. casta tamen. orba. seuera tamen
Garrula dum sponsi uelis inmurmurat aura
Egrescit misero tunc mea cura metu
Dum nat. naufragium. dum traxit. ostia casum
Dum cantat. timeo naufraga mesta cadens.
Dum turbor. pulchram iuuenis cupit. aduena solam
Pulchra placet. petitur sola petita negat.
Quod niteo pulcra. peccat natura. quod obtor
Peccat amans. sola quod petor. iste facit.
Accedit. fugio. blanditur. denego. spondet.
Oppugno. profert. dampno. laborat. [illegible] eo.
Femina non uincor hu[illegible] mit. non pareo. coniunx
Non mechor. pulc[illegible] non fruor. inde stupet.
Vult. sed non uiolat. cupit hic sed non capit. audet.
Sed non guadet. abit. hinc obit. intro domos.
Dum fato premitur. nob possessa sigillat.
Vel quoniam placui. uel quia casta fui.
Dantur opes. fugiam. dantur in rura negabo.

Si fugio. tumida. si nego. stulta uocor
Munera non fugio. data non nego. namque negare
Quod datur. insanus creditur esse pudor
Sic gemo sola. petor formosa. petita repello.
Possideo felix. nec tamen ista nocent.
Sed si uera negor. uerus uicinia testis.
Iurabit nostram non cecidisse fidem.
Suspirans pudor exspirat. sed te duce iudex
Respiret. uigeat. te duce iuris honor
Vera patent. aperit iuris sententia uerum
Hec uincit uigeat. uincitur iste cadat.

Epythaphium Sansonis archiepiscopi

Hauriat urceolus noster de fonte liquorem.
Incendatque nouus pectora nostra calor
Samsonis namque titulos si temptat cupit. audet.
Tangere. clio. loqui lingua. notare stilus.
Hunc patrie fecere patrem miracula morum.
Hunc uirtus mater fouit. honorque pater
Hic fidei uirtus. uirtutum lucifer. orbis
Sol. urbis radius. iuris amator erat.
Pauperibus fecunda manus sua munera fudit.
Diuitibus sterilis. munera nulla tulit.
Leta salus inopi. tristisque procella tiranno.
Presulis hinc gessit consulis inde iubar
Inter opes animi nituit. prudentia cuius.
Diuiuit uultum lingua loquendo uigens.
Inter opes carnis satis huic arrisit honoris.
Ista quam mundo gallia tota canit.
Quodque magis nostra probat etas. mirror honores.
Obstupuit fastus non habuisse locum.
Samsonis nomen. loquitur samsonis honore.

S ol id est firmus uocis origo sonat.
S i tamen interiit extinctus lucifer orbis.
H e res uirtutum dampna priora leuant.
E x patrui radice nepos. noua germina profert.
P samsone uiget stephanus. ergo regat.
T ange manus calamum. samsonis pinge triumphos
D e cuius tytulis gallica uernat humus
F asciculos uel fac aliquos de floribus istis.
E x his connexa sarcina magna potest.
C ereus ecclesie. uirtutum regia. iuris
L inea. discordum fibula. samson aue.
D eclaras ope quod splendes nomine. forte
V iuere samsone. secula nostra stupent.
C uius honor. cuius laus. cuius fama. sereno
T erras infundunt lumine. uiue precor.

Epitaphium Urbani pape.

H ic uiuens lux urbis erat. defunctus eclypsis.
V rbs stetit urbano stante. cadente cadit.
L ege regens. et pace fouens te roma beauit.
S eruans a uiciis intus. ab hoste foris.
N on flexit. non extulit hunc. non terruit umquam.
D iues. fama potens. munere. laude minus.
E loquium lingua. sapientia pectus honestas
M ores ornabant. exteriora decor.
E cce per hunc urbs sancta patet. lex nostra triumphat.
G entes sunt uicte. crescit in orbe fides.
S ed citius rapitur rosa. que plus ornat in orto.
S ic et florentem fata tulere uirum.
O mnis hominem. requies animam. cisterna cadauer.
S oluit dura. fouet grata. profunda regit.

Ephitaphium Ivonis.

R eddidit affectus patrem. doctrina magistrum.
R egula canonicum. pontificemque gradus.
F ormosum probitas. humilem natura. uerendum.
V ita serena. senem longa. pudica sacrum
P resule defuncto. sua tollere mos erat olim.
P rincipis. hunc more principis. emit Ivo.
H uius opem lesus. plebs dogmata. frena tyrannus
S ensit egenus opes. pro grege uota deus.

V itam religio. mentem discretio. famam
L ux operum. studium lectio. uerba modus.
I ndicium ius. iusticiam rigor. ora uenustas
O rnabant. pietas uiscera. uirga manum.
P romouit. priuauit eum. profugumque recepit.
P apa. comes. christo. ordine. sede. polo.
E xutus. rebus. temptus iii. pulsus ab urbe.
P resul pauperiem. uincla. fugamque tulit.
N unc diues. liber. stabilis. sua premia christum.
A stra caput. sequitur. possidet iste petrus.

C ura. labor. meritum. sumpti pro munere honores.
I ste alias. post hac sollicitate animas.
M e procul a uobis deus euocat. ilicet actis.
R ebus terrenis hospita terra uale.
C orpus auara tamen sollempnibus accipe saxis.
N amque animam celo reddimus. ossa tibi.

V rbe magister erat riguallo britannus in ista
G rammaticus. retor. dialecticus. atque sophista.
D um studium floret. mors emula. mors inopina.
A ggreditur iuuenem. studii ruit ille ruina.

Intulit hanc mundo quintilis perditionem.
Nonam post decimam iam sole tenente leonem.
Sit in octaua uati facundia docto.
Cuius epythaphium finctum uersibus octo.

Epitaphium Guillelmi.

Flos. decor immensus. facundia. copia sensus
Marcet. fuscatur. tacet. interit. adnichilatur.
Flos patrie. decus ecclesie. facundia cleri.
Pauperibus spes atque cibus. doctrinaque ueri.
Consilium. laus. auxilium. regumque decoris.
Semper eras quantum poteras. guillelme tuorum.

Epitaphium Arnulfi.

Quod caro sit cenum quod mundi gloria fenum.
Ipse probat finis. nam caro cuncta cinis.
Rugitu cuius siluit parte furor huius.
Nunc arnulphe taces. nunc leo magne taces.
Morte tua gaudent reus. exlex. et scelus audent.
Orphanus et uidua flent sibi morte tua.
Cleri defensor. uita cato. dogmate censor
Ornabas lege laude deique gregem.
In cuius cura dum staret prepositura
Pacis leticia floruit ecclesia.
Heu grauis erumpna. cleri decus atque columpna
Cadit et moritur. et cinis efficitur.
Iunius in nona cum staret luce corona

Epitaphium magistri Guillelmi

Gallia suspirat. radio priuata sereno.
Clarius irradians sydera sydus hebet.
Nox abit in questum sequiturque dies sine sole.
Fit sine guillelmo fit sine sole dies.
Fleuit apollonium sua grecia roma maronem.

Gallia guillelmum luget utrique parem.
Cuius perclaret natu normannia. uictu
Gallia. parisius corpore. mente polus.

Epitaphium Theoderici

Morti uita serit. hec spargit. colligit illa.
Mors. et nulla serit. et sata queque metit.
Grana legit. paleas abigit. zizania nescit.
Egregios perdit. de grege nullus obit.
Seca rosam. non uult saliuncam mors. perit iste.
Nam rosa non pereo. nam saliunca nocens.
Desolata rosam dumeta querunt abesse.
Discipulis questum refero. doctor abest.
Doctor abest. asinus cognomine. non quia durus.
Sed quia doctrine dulce ferebat onus.
Ieronimus. leo. gregorius. translata coherens.
Dictans. exponens. tres etat ore trium.
De tenebris lucem de fumo contulit ignem.
In leuitate breuis. in breuitate leuis.
Pro dolor in morte totius sol latet artis.
Pallet rethoricus sole latente color.
Vrna. locus. fama. breuis. angustus. uaga. corpus.
Morte. situ. laude. comprimit. artat. agit.
Emicuit nato britannia. risit alumpno
Gallia carnotis corpore. queque suo.

Epitaphium magistri petri

Lucifer occubuit. stelle radiate minores.
Cuius uos radius hebetabat ut inferiores.
Huius occasu tandem uenistis ad ortum.
Naufragioque tulit uirtutis anchora portum.
Maturus. docilis. pius. egit. pretulit. emit.
Cursum. ius. celum. tempore. lege. fide.

Epitaphium luxoviensis epi.

Lixovium plora. quia fit plorabilis hora.
Nam patris interitus publicus ē gemitus.
Publicus est vere quia rexit publica pure.
Non adhibens aliam quam docet ordo viam.
Sol erat in cancro. leo surgit. & iste sub antro.
Surgit in axe leo. surgat & iste deo.

Epithaphium magistri lanfranci.

Vixisti venerande pater sapienter & eque.
Vixisti vivens. mors quoq; vita tibi.
Inter divitias pauper lanfrance fuisti.
Divitiis manans. pauper amator eras.
Per te florentes artes valuere latine.
Gratia de nobis ecce triumphat ovans.
Tu latios ortu. gallosq; docendo levasti.
Te sibi primatem cardo britannius habet.
In terra degens. celestia mente petebas.
Exemptus terra. sydera liber adis.
Sol geminos denis obsederat igne diebus;
Impsit luna dies. nocte solutus abis.

Epitaphiū baiocensis epi.

Sicut prutilat violis rosa. lucifer astris.
Omni tincture purpura. gemma vitro.
Sic baiocensis lux & decus ē videtur.
Pontificum. qui sunt in regione sua.
Hunc psona virū designat vultus honestū.
Prudentemq; status. simplicitasq; pium.
Res fortuna dedit. mores natura benignos.
Impium pbitas. nomina magna genus.
Quā largus quis philosophus. q̄ntūq; disertus.
Sic sumptus eius. carmina. sermo docent.

Eeclam. mores. fastigia. cuncta serenat.
Consecrat. ex̄cipit. pace. pudore. ioco.
Hic quandoq; iocos iuvenis. semp q; pudorē.
Presul amat. sic ē cum gravitate levis.
Grata simul levitasq; ioci. gravitasq; pudoris.
Hec est etatis. pectoris illa sacri.
Non habet hic hostem. quia n̄ facit unde sit hostis.
Sz cunctos et amat. & fovet. unde favor.
Qualem describo. vicinus. fama. remotus.
Non alium cernit. nunciat. audit. eum.

Epitaphiū Regum ih'e̅salem

Gentib; expulsis frat̄ prior. atq; sedes.
Rex in Jherusalem fortis uterq; fuit.
Multa prior. sz plura sequens ꝑ tempe gessit.
Nam frater brevit̄. rex fuit iste diu.
Hostibus hii quasi fulgur erant. quasi murus amicis.
Innocuus ꝑvaluit pax. gladiusq; foris.
In bello dorsum. ꝑ pace tributa dederunt.
Hostes. se cives. & sua. latro gulam.
Ecclās clerus. plebs urbem. rura coloni.
Implebant. segetes horrea. vina penus.

Epitaphiū regis anglici.

Angli normanni. cenomannis trina potestas.
Huius erant. rex. dux. & comes iste fuit.
Huius opes multe. comitatus multus habebant.
Nec sua gens numerū. nec sua dona modum.
Pace. cruore. metu patriā. vicina. remotos.
Fovit. possedit. sollicitos tenuit.
Dux. eques. orator. disponere doctus in armis.
Strenuus in causis. ingeniosus erat.
Tunc rex forte feras. in silvis appetit arcu.

Nescius in regem spicula misit eques. ;·

Epitaphium henrici regis.

Anglia nunc humilis. ceterarum gloria quondam
Fluctuat. & merso remige. mersa iacet.
Que laudum titulis toto radiabat in orbe.
Eclypsim patitur sole relicta suo.
Quo pereunte perit. quo sospite sospes agebat.
Ocia. quo stabat stante. cadente cadit.
Legibus ille dolos. armis compescuit hostes.
Placatis placidus. indomitosque domans.
Felix imperio. satis. feliciter usus.
Pacis amans. clarus munere. marte potens.
Illius interitu decus interiit. intereuntque
Ocia. pax. legum sanctio. iura. fides.
Iam freta nauigio. fora mercibus. arua colonus.
Plebs patrocinio. clerus honore caret.
Iam reparat uidetque piuria bella tyrannus.
Fur siccam. predo tela. equorque ratem.
Ergo uiri tanti casu [illegible] anglia cuius
Precipiti casu. precipitata cadit. ;·

Epitaphium decani aurelianensis

Corruit ecclesie sponsus. defensor honesti.
Mente cato. lingua tullius. arte numa.
Pax moritur moriente uiro. discordia uiuit.
Regnat nequities. obtima queque ruunt.
Mors furit. arma sonant. rerum conuertitur ordo.
Quodque prius fuerat. fit modo posterius.
Seruit libertas. cessat dare. sordet honestum.
Torpent uirtutes. ius perit. ordo iacet.
Fraus superat. uiget ambitio. dominatur erinis.
Fit fremitus. crescunt scandala. bella fremunt.

Magnanimos iactare patres. & gesta tuorum.
Et numerare tuas. desine roma tribus.
Subdiderat fabios animis. grauitate camillum.
Aulum consiliis unicus ille sibi.
Hic dum iura colit. libertatemque tuetur.
Transigit innocuum dextra cruenta latus.
O mala mens. scelerata manus. consensio praua.
Ictus atrox. audax impetus. horrida mens.
Mors patrie. mors illa fuit. que sustulit illum.
In cuius casu patria tota cadit. ;

Epitaphium abbatis clareuallis.

Clare sunt ualles. sed claris uallibus abbas.
Clarior. his clarum nomen in orbe dedit.
Clarus auis. clarus meritis. & clarus honore.
Clarior eloquio. relligione magis.
Mors est clara. cinis clarus. clarumque sepulchrum.
Clarior exultat spiritus ante deum. ;

Epitaphium rainaldi abbatis.

Aurea mens. argentea uox. uirtutis acumen.
Furea mali morum lux. rainaldus obit.
Cuius opus flore. cui thus nomen adumbrat.
Exprimit. exaltant dicta uel acta uirum.
Exhominatur homo. sintomate mortis iniqua.
Corporis & mentis mors diafragma facit.
Mors nimium uoluit. minimum ualuit. nimis egit.
Ausa nimis multum uelle. ualere parum.
Dampnum diminuit dampnosa. nichil mouenti.
Efficit inde bonam se facit unde mala.
Expedita carnis anima decarcerat heres.
Sola solo deses. tendit ad astra syches.
Sola solo residet caro. sed cognata reuisit.

X p̄c astra locum portio queq; suum. ;

De theoderico flandrie domino.

Nutu samsonis. assensu fulta leonis.
Emicat ymnisonis. pagina tota bonis.
Scribere dispono. scribendo laude corono.
Quem meditante bono. dat sua fama throno.
Tango ducis uitam flandrensis ūq; p̄tam.
Ad bona queq; citam. pacis in arce sitam.
Flandria dulcis aue. iam nc̄ sapis om̄e suaue.
Ausa prius praue. sola cauenda caue.
Olim rapta deo. nimio compluta lieo.
Errasti. taceo cetera flenda fleo.
Turba tuens fanum subiit. molita p̄fanū.
Cum scelus insanū. muniit ense manum.
Perdere fraus karolū potuit t̄be. quia solū
Nube tacente polum. nocte iuuante dolum.
Morte uagus karoli. tibi defuit incola soli.
Huius alumpna doli. non satis apta coli.
Sanguine ceca truce. sine iuris eras uaga luce.
Lapso lapsa duce. non nisi digna cruce.
Dux nouus expauit. stabili te pace beauit.
Inmundā lauit. factus ad arma dauid.
Hoc scelus exemit. hic factis facta redemit.
Hic aduersa p̄mit. hunc plaga queq; tremit
Undiq; cesareis. sua splendet fama tropheis.
Est quasi uirga reis. anchora factus eis.
Mitis alit mites. sua nescit curia lites.
Flandria ne dubites. hoc duce tota nites.
Sanior incedis. latet om̄is mentio cedis.
Crederis ⁊ credis. ad bona prima redis.
Iam nec deliram nec de te p̄dico diram.

Iam nescis iram. tange iocosa liram.
Dux ualeat tecum. tractet de munere mecū.
Dignus ut est equū. det in̄ finis equum.

De sibilla flandrie dn̄a.

In noua stillaret elycon. s; stat. sitit. aret.
Nec color apparet. qui merita digna paret.
Exhaustus sitio. sitienti consule clio.
Consulis incipio. queq; scienda scio.
Scribitur. exploro. dn̄am qua scripta coloro.
Quā dignam memoro regis ubiq; thoro.
Quippe decens natu. forme satis apta paratu
Aptior affatu. corpore. mente. statu.
Omni facta rei. sol mundi stella diei.
Lux. uia. dux fidei. flandria seruit ei.
Clara stirpe sata. nitet omnis dote beata.
Arrident fata. dantq; . fouentq; data.
Imperat elatis. seruit seruire paratis.
Spes miseris. gratis grata. pudica satis.
Flebile nil egit. partus sine crimine degit.
Docta legenda legit. uota regendo regit.
Artes molita. studiis data. lege perita.
Sexus oblita. uiuere nouit ita.
Vernat opum flore. s; opū n̄ marcet amore.
Danda dat ex more. nescia dando more. ;

De philippo ambor⁊ filio.

Om̄ia p̄currens. ubi se natura locaret.
In solo statuit cuncta placere sibi.
Omnia p̄ponēs in te philippe quieuit.
Plenius arridens distulit esse tua.
Naturā fortuna iuuat. fauet h. fouet illa.
Ut decet illa genus. illa ministrat opes.

Vive potens, felix, tutus, pater, matre, nepote.
Qui valet est quasi tres, trinus honore trium.
Hoc pater Andegavis illo nitet, Anglia floret,
Pictavis exultat consule, duce, rege.
Singulorum gaudio conserventur singuli
Patre, matre, filio, pax firmetur populi;

De excidio Troie versus

Viribus, arte, minis, Danaum data Troia ruinis,
Annis bis quinis fit rogus atque cinis.
Urbs bona nunc dumi, in flamme turbine fumi
Non ita consumi digna resedit humi.
Nutu Iunonis et iniquae fraude Sinonis,
Clamque datis donis, expoliata bonis.
Sponsus Penelopes, passus mare, monstra, Cyclopes,
Transtulit ad Dolopes Laomedontis opes.
Flamma Paris patriae, formae quam iudice deae
Troia caput Frigiae, flosque iaces Asiae.
Iunonem ledit, Veneri cum pastor obedit.
Dum iudex sedit, tot tibi dampna dedit.
Ne quis amet temere, docet obruta Troia cavere.
Quae Paridis scelere fit nichil absque fere.
Pyramides lacere, regumque domus cecidere.
Turres innumere nunc ubi? sub cinere.
Palladis armigere, quo templa Iovisque fuere,
Extendunt hederae brachia, lustra ferae.
Raptu Tindaridis furor est accensus Atridis.
Bellaque Dardanidis movit amor Paridis.
Pelicis obscenae commovit forma Lacenae
In scelus effrenae pectora Troiugenae.
Sic facies Helenae fuit exitus urbis amenae,
Crines, colla, genae, cunctaque compta bene.

Quam facit audaces amor in sua dampna procaces,
Curas mordaces inicit atque faces.
Dum male grata places, Helene, numquam loquaces.
Quamvis ipsa taces, Ylion inde iaces.
Haec res fatalis fuit omnibus exitialis.
Talibus heu talis femina causa mali.
Digna perire mari potius flammisque cremari
Quam tot privari luce ferisque dari.
Tempora bellorum rex indecens Danaorum
Estuat amborum dissociare thorum.
Partes ultoris iuvat, auget fama pudoris.
Raptam raptoris questa iacere thoris.
Res ea Peliden movet, ut comitetur Atriden.
Doles in Pariden commovet illud idem.
Iurant Graiugenae, iurant in bella Micenae.
Castraque sunt iuvenum, suntque referta senum.
Hector consilio, nutu Tritonia dio,
Pelides gladio, dant Friges exitio.
Presidium fidum stetit urbis in Hectore, qui dum
Stabat, Dardanidum robur erat validum.
Cuspide Pelide simul idem defuit Ide.
Audebant trepide prelia Dardanide.
Urbs ruit Assaraci quam flammae tradit edaci
Vita Reso Traci dempta dolis Itaci.
Quae cecidit staret, nisi tacem fraus superaret.
Quoque iacens paret regia iussa daret.
Cum res Ideae pereant, nec quit ars Cythereae.
Haec domus Eneae tuta favore deae.
Nec regale decus in posset frangere Grecus,
Sed dolus atque secus menia ductus equus.
Dum Sinon orat veniam, dum verba colorat.

Soluit explorat claustra foresque forat.
Quosque foris notat recipit scelerique laborat.
Et que commotat pergama flamma uorat.
Postibus ablatis custodibus et iugulatis.
Succumbit fatis urbs miseranda satis.
Urbs miseranda nimis. modo diues rebus opimis.
Inclita sublimis. una fit ex minimis.
O furor effrenis paritur neptunia penis.
Troia dolo iuuenis. prodita graiugenis.
Flamma deum sedes et regum deicit edes.
Hinc eques in cedes irruit. inde pedes
Vix sit habenda fides quot milia strauit atrides.
Aiax. titides pirrus. achillea des.
Instant ense truces. dum flamma troia reluces.
Passos uincla cruces. interimendo duces.
Quemlibet armati puniunt. patet impietati.
Gens serie fati tot mala iussa pati.
Ceduntur pueri iuuenesque senesque seueri
Omne licet sceleri. quod scelus est fieri.
Ut iacet hostili genus assaraci genus illi.
Igne lares agili sede iacent humili.
Tunc fieri cineres. gemmas. ebur. ostra uideres.
Tunc danaos celeres in scelus aspiceres.
Aspiciens fleres. tot paruulos tot mulieres.
Tot primi proceres. totque uiros ueteres.
Regnum. rex. heres. pereunt simul. ecuba meres.
Ut corpus laceres. ut doleas superes.
Tot lapides muri quos ardua res reperiri
Indi uel syri dant alimenta piri
Sardi saphiri mixtusque topazius iri
Quosque tulere uiri de regione cari

Alter homerus ero. uel eodem maior homero.
Tot clades numero scribere non potero.
Ut res declarat. ubi fundamenta locarat.
Phebus et aptarat menia uomer arat.
Et fit opus clarum. quod rex fabricarat aquarum
Lustra lenarum siluaque tuta parum.
Atria maiorum locus et spelunca luporum.
Pascua sunt pecorum templa theatra forum.
Obuicium thalami quod inhescant cupidis hami.
Vepres et calami regna tenent priami.
Culminis idei quod gloria primitiei.
Sic datur illud ei contulit ira dei.
Dum sic troia cadis tante discrimine cladis.
Enea tradis. teque tatemque uadis.
Te uenus huic moli subduxit prouida proli.
Huic domui soli nil nocuere doli.
Hesperie metas tibi longa spoponderat etas.
Te seruat pietas. ut noua regna petas.
Vi tempestatis sociis tibi mirificatis.
Te rapuit fatis per freta longa ratis.
Egrediensque fretis. que sedes parta quietis.
Cursibus expletis a sapiente petis.
Hospita cumanis impulsibus acta prophanis.
Debita troianis fata sybilla canis.
Quanta parent rutuli. que gloria surgat iuli.
Qui regum tituli regna tribus populi.
Ergo dea nate spe firmus. tutus achate.
Hesperie late tendis in arua rate.
Plurima bella geris loca dum tibi debita queris.
Sed fretus superis obuia queque teris.
Turnus ut elatus tibi fama tuisque minatur.

Occubuit stratus dum fodit ense latus.
Per qua certatur tibi regia uirgo dicatur.
Paxque reformatur dum tibi nupta datur.
Hinc processerunt qui romam constituerunt.
Qui dum bella gerunt fortia queque terunt.
Et sibi fecerunt nomen quod ad astra tulerunt.
Ut qui scripserunt pristina gesta ferunt.
Romaque terrigerum caput effert maxima rerum.
Tam dono superum quam studio procerum.
Sic ex enea crescunt romana trophea.
Sic gens romulea surgit ab hectorea.

Item de excidio troie.

Feruet amore paris troianis immolat aris.
Fratribus ignaris scinditur unda maris.
Aufert tindaridem. remeat furor urit atridem.
Insequitur paridem. coniugiique fidem.
Contra priamidem mouet improba iuno tytidem.
Incitat eacidem pallas ad illud idem.
Argos nudatur. classis coit. equor aratur.
Itur. pugnatur. uulnus utrimque datur.
Marte tuens aditus. uolat hector in ense peritus.
Cuspide munitus semper ad arma citus.
Telorum nube danaum circumdata pube.
Regna fremunt hecube. flant resonantque tube.
Ars ni dictaret danaos. itaque ulularet.
Regia durarent. que modo rege carent.
Que nullo cresus compenset munere lesus.
Hectori obit cesus. victa dat arma resus.
Queritur ars. fit equus. latet intus uiscera grecus.
Sic priamus cecus. ducitur intro pecus.
Flendo synon orat. ythacus fallendo laborat.

Urbem flamma uorat. machina claustra forat.
Ars urbem tradit. urbs in discrimina uadit.
Ignis edax radit pergama. troia cadit.
Hostes cessere flammis alimenta dedere.
Ignibus arsere menia. claustra fere.
Rebus inest finis flamme succensa caminis.
Urbs iam pelinis. incipit esse cinis.
Olim digna polo. non digna modo nec solo.
Uomere troia solo labitur arte dolo.
Argis exosa iacet. hyos ante iocosa.
Inclita. famosa. nunc rubus ante rosa.
Uires hectoree nichil hic nichil ars cytheree.
Dii nichil ydee. nil ualuere dee.
Igni sublatus it aquas transire paratus.
Firma puppe ratus. te cytherea satus.
Tellus fatalis petitur naualibus alis.
Estuat ira salis peste. furore malis.
Nauitat troianus. insurgit turba prophanus.
Flat notus insanus. uincitur arte manus.
Dido relicta perit fugit ille. petit stiga querit.
Italiam repperit bella secunda gerit.
Adiutus flatis. multis ex classe uoratis.
Regnis optatis utitur arte ratis.
Arua friges rapiunt. pro coniuge prelia fiunt.
Turni confugiunt seque sub esse sinunt.
Ille nec cedit. uictoria. pugna recedit.
Pugne succedit. gloria paxque redit.
Sub uinclo fidei post inclita facta trophei.
Regia nupsit ei uirgo fauore dei. Item uersus de excidio troie.

Alea fortune semper uicina ruine.
Ac inimica satis insidiaque prosperitatis.

Tempore fit grata facili levitate beata
Tempore se mutat et que prius est refutat
Nominis ornatum sese non significatum
Tristis habere paris dat thura cupidinis aris.
Ut quantum nomen portendit conferat omen.
Orans exorat donis orare decorat.
Quam sibi tindaride spondent oracula pridem
Expetit ardoris flammam causamque laboris.
Allicit hortatur promissis plura minatur.
Illa favet sequitur decepto res aperitur.
Qui nimis iratus quod amore suo viduatus.
Persequitur mechum numeroso milite secum
Illius incestu regis quoque supplice questu
In teucros mota conspirat grecia tota.
Graios ductores graieque maris meliores.
Incitat ultoris pietas et causa pudoris.
Omnibus una fides belli quos alit atrides.
Efferat ornatu pectoribus paridemque relatu
Asperat incusans vicium paceque recusans.
Tunc flens sublatam phebi vates sibi natam.
Unguibus ora secat clamores nubibus equat
Edit cum lacrimis suspiria cordis ab imis.
Noctes insomnes tristesque dies agit omnes.
Sed fletu menti solatia nulla ferenti
Surgit refrenat lacrimas vultumque serenat.
Agmen adit grecum deportans munera secum
Coram prostratur agamnone flensque precatur.
Ut sibi sublate reddantur gaudia nate.
Mirmidones flenti miserabiliterque iacenti
Natam restitui dignum duxere parenti.
Quo senior meret raptori plus amor heret.

Donaque cum lacrimis spernit ferus ossibus imis.
Templa senex spretus petit et merore repletus.
Ibat se miserum plangens vacuumque dierum
Annos plangebat celum clamore replebat.
Avellens eque crines a vertice queque.
Interiora dabant suspiria verba ligabant.
Denuo deponens questus et se sibi reddens.
Merces ista datur misero mihi phebe profatur.
Quid mihi vixisse caste quid te coluisse.
Prodest neglecte reddes hec dona senecte.
Si tibi sunt grata que feci cur modo nata
Sum dic exutus cur non te iudice tutus.
Siquid multari dignum me scis operari.
Me me phebe feri nolo mihi te misereri
Si dum me nostis quicquam peccasse quid hostis.
Tradita nata thoris commissa luit genitoris.
Insontem sinite natam me queso ferite.
Architenens verbis vatis permotus acerbis.
Pestibus infestat danaos luctuque molestat.
Totque trucidati tot iniqua peste gravati
Ut loco vix flammis vix esset terra sepulchris.
Utque dies decima sic transiit agmina prima.
Convocat argorum preclarus achilles et horum
Orat testoridem causas proferre malorum
Consulit hic superos metuit thetideus heros.
Illum tutatur ne visa loqui vereatur.
Presbitero fatur sua filia restituatur.
Si volumus tute procedere cumque salute.
Portus intrare si felices remeare.
Talia testorides ardet violentus atrides.
Et vatem verbis tandem compellat acerbis.

Sed tandem fractus populi clamore coactus.
Restitui natam patri iubet inuiolatam.
Dux ad merentis ythacus quam tecta parentis.
Nauigio uexit et ad agmina uela reflexit.
Phebus placatur populoque salus reparatur.
Ast in creseida solito cecatus atrida.
Crebrius herebat. amissaque gaudia flebat.
Nec uitio frenum dans. ius aufert alienum.
Acciet orbatum briseide thetide natum.
Sic quoque merorem fugat extinctum per amorem.
Talibus iratus ausis dux prememoratus.
In uiduatorem repetit uiduatus amorem.
Et nisi reddatur briseis. dura minatur.
Dignam meroris pro sola flamma furoris.
Famam fudisset. nisi pallas eum tenuisset.
Aspera uerba tonant. pariter conuitia donant.
Impiger eacides. et ab imo seuus atrides
Inuocat ultricem sibi pelides genitricem.
Desinit illa male. petit alta. iouemque rogare
Non cessat. natum quod protegat insuperatum.
Diua maris triste cor pone. michi labor iste
Incumbet. sine te. quid agam. delibero de te.
Tu michi solare plus tibi pectora care.
Iupiter huic inquit. tu celos diua relinquid.
Atque iouis leta uerbis repetit loca sueta.
Talibus irata saturnia. dolide nata
Hac ego plus fatur ualet ut teucros tueatur.
Obruat argolicos hostes refouens inimicos.
Numquid sum quanti thetis est ego. sed et tanti
Pendit uxoris nomen. pariterque sororis.
Taliter offendit regem. sed et ille rependit.

Aspera. nec mitis patitur conuitia litis
Ira refrenantes. animosque reconciliantes.
Ut sibi quisque redit. cum uerbis ira resedit.
Tunc epulando dei rapiunt super esse diei
Corpora dehinc leti prosternunt pigra quieti;

Item uersus de excidio troie.

Post rabiem rixe redeunte bilustris ulixe.
Rupibus infixe tenuere rates uada. uix se
Expedit inuictus fortune fortis ad ictus.
Et preter superos nulli superabilis heros.
Dampnis afflictus. odio superum neque uictus.
Afflictus dampnis. neque uictus pluribus annis.
Uiderat ethiopes. arabas. auidosque ciclopes.
Et iam maioris hominis uirtute laboris.
Annus erat decimus. et mensis in ordine primus.
Cum male iam fractus. et penis pene subactus.
Ultima scitari uult tyreseamque precari.
Nonam post hiemem religant cum fune biremem.
Ad cautem caute bona nacti littora naute.
Ductor adit thebas. ubi tunc uir docte docebas.
Morem uiuendi quid dicerent fata. parent dii.
Dux quasi nauta pedes. ad uatis deuenit edes.
Edes uicinis monstrantibus ut peregrinis.
Intrat. et implorat. et uatem prius adorat.
V Maxime dic uates patrios ne uidebo penates.
An penitus fatum negat hoc. refer optime uatum
Dic si laertes pater est natusque superstes.
Interpres superum de coniuge dic michi uerum
Plus erit inde leuis properans mea pena tot euis.
Cum fuero certus sic fatur. at ille misertus.
Pronum deuoluit. humilem leuat. os ita soluit.

Non reuera. quid dicterent fata seuera
Et quecumque ioui precognita sunt. ego nouit
Verax ne cuiquam mentitus in ordine dicam.
Vincequod scire uoles. uiuit pater et tua proles.
Thelemachus. quem pascit acus. uiuitque labore.
Penelopem cernes inopem. uetulamque dolore.
Viuit mendica. quia maluit esse pudica.
Si fieret mecha non esset inops apotheca.
Nacus haberet equos. modo uiuit acu quia mechos.
Mater contempsit. sed malo quod esuriens sit.
Quam foret immunde meretricis uictus habunde.
Perdidit armentum pecudesque. domos. alimentum
A mechis centum corpus lucrata redemptum.
Perdidit omne pecus quod sustulit aduena mechus.
Promeruitque decus. sed qui hostis erat foret equus.
Et blandus fieret. fieri si blanda ualeret.
Paupertate premi sua malebat sibi demi.
Quam sua cum scortis sors esset. femina fortis.
Nunc algore siti mouetur amore mariti.
Iusticie zelo. fuge. redde manum cito uelo.
Nos animum celo. sic pectore fatus hanelo.
Reddens se lecto. iubet hunc excedere tecto.
Pauper ille cadens. et humum cum poplite radens.
Asperius meret. quod femina panis egeret.
Quam pro thelemaco. qui uix tegit inguina sacco.
Plorat. sed gaudet. neque uult monstrare nec audet.
Vir bene percinctus. que gaudia mens habet intus.
Iam non pressure. paupertatisque future.
Nec pelagi meminit. rumor bonus omnia finit.
De muliere bona. que spreuerit omnia dona
Res pretio prona. preciosa digna corona.

Cum pretium reicit. tunc secum talia dicit.
Iam depone metus. iam desine fundere fletus.
Et lacrimas sicca socia uiuente pudica.
Vela cito repara. fac fumet palladis ara.
Sors tua preclara iam non grauis est nec amara.
Cum sit auis rara mulier pauper nec auara.
Spernere iam uenerem nec posse capi mulierem.
Aut irretire pretio. dampnisue ferri.
Vel prece molliri prius est dyademate tyri.
Non aurum. lapides. nec mille modo talenta des.
Vincit pura fides quicquid dare posset atrides.
Plus animum semper probo quam gazas garamantum.
Miror quod tantum potuit tot uitare una precantum.
Vitarit nexus monitis leuis obuia sexus.
Nec bladimentis ruit alte femina mentis.
Iusticie miles uires transgressa uiriles.
Nec habitant ulla sibi suscitat ipsa fauillam.
Non habet ancillam que pro se suscitet illam.
Taliter oppresse foret huic opus. atque necesse.
Nos uitare rates. sed dic prius optime uates.
Credo quod dicis. redeo reddendus amicis.
Sed quis erit ludus cum nudos uidero nudus.
Ibo dolens itacam nec habens uitulum neque uaccam.
Et bibitur aquam sed malem uiscere tracam.
Hos gestans pannos aut persas siue britannos.
Quam miser ire domum. cui nec seges est neque pomum.
Nec caro. nec uinum. nec lana meis neque linum.
Nec mea me uirtus redimit quam turpis et hirtus.
Quem libet implorem modo qui deberet honorem.
Et me maiorem uillanum uilis adorem.
Cum pro morsello miserabilis hostia pello.

Qui ferus in bello castrorum claustra revello.
Assiliuntque canes dum quero per hostia panes.
Cuius ad assultum tollebat troia tumultum.
Dum quaterem muros totiens in me perituros
Exciuit cives urbs hectore sospite dives.
Incipiam rursus ad cognita litora fluctus.
Esse volens rursus vel qui setis tegitur sus.
Malo tegi pennis quam desinat esse perhennis.
Sudor in autumnis et iam prope pena decennis.
Ergo responde quia scis satis et potes unde
Perdita restaurem. quid enim citius properarem.
Patris adire larem non meque meosque iuvare.
Urbs erat illustris quam belli clade bilustris.
Nunc facit exustrix fecundam flamma ligustris
Urbs fecunda ducum caput inclinata caducum
Nunc fecunda nucum stupet ex se surgere lucum.
Crescit flava seges dictabat rex ubi leges.
Fedant tecta greges ubi nutrit ecuba reges.
Urbs habitata viris et odoribus inclita syris.
Nunc domus est tigris. serpentibus hospita diris.
Urbem reginam. mundi decus ante ruinam
Terrarum dominam videas humilem resupinam
Cerva facit saltus ubi nobilior fuit altus.
Et ludis aptus ganimedes a iove raptus.
Urbs elata nimis ducibus predives opimis.
Unaque de primis modo fit minor aut comes imis.
Si muros veteres. si templa domosque videres.
Quam tenere fleres mala que malus intulit heres.
Vepres et spinas veteres operire ruinas.
Pallia. cortinas. et opes regum peregrinas.
Terra referta bonis fulgens opibus salomonis.

Et regum domus nunc est spelunca leonis.
Heu quid agunt bella pretiosa iacent capitella.
Et iovis in cella cubat hinc ovis inde capella.
Horret humus iuncis. tribulos parit hispida runcis.
Arboribus truncis et vepribus et saliuncis.
Urbis nunc misere dolor est ob dampna videre.
Que modo tota fere gemmis radiabat et ere.
Certabat stellis topazius in capitellis.
Et decus anellis medicina smaragdus ocellis.
Sardius et onichini sordent in pulvere vili.
Quas tulit hanili victoria frontibus ili.
Gloria matronis et regum digna coronis.
Inclita sardonis ictu percussa ligonis.
Occurrit pueris vel arantibus arva colonis.
Que modo contempta. sed magno regibus empta.
Venditur inventa pro nummo sive placenta.
Mercatorque bonus vendit pro pane colonus.
Nobilis auri onus quod repperit in scrobe primus.
Urbs bene fecunda nulli sub sole secunda.
Quod fuit inmunda luit. et patitur gemebunda.
Quolibet in scelere sperans sibi cuncta licere.
Sorduit in venere sed dis ea displicuere.
Quod paridi fede nubebat filia lede.
Et steriles tede nubente iovi ganimede.
Cum propria sede luit hoc datus incola prede.
Martis fracta dolis inmense fabrica molis.
Scinditur agricolis opus ammirabile solis.
Infessus divis perit cum principe civis.
Et cum captivis rex captus servit achivis.
Urbis perclare rex ipse volens latitare.
Fataque vitare cum plebe coheserat are.

Credebant miseri sup hoc debere timeri
Hera ducis pueri nunc curat sacra uereri
Sic nec eos superi potuere nec ara tueri
De ppria sede iouis ē distract⁹ ab ede.
Impositus rede rex ulciter a diomede.
Talia cū memore nequeo cohibere dolore.
Quin ego te plorem cū de te troia porem
Sȝ iam menbra thoris dare nox monet. hora soporis.;
Versus de accusatione ⁊ falso testimonio duorum prbror
in susannam uxorem Joachim.
Hactenus arrisit susanne gra fame.
hactenus in ppło floruit eius honor.
Fama serena fuit. sȝ nubila facta lucernā
Extingunt fame nec radiare sinunt.
Nam iubar exiguum de fame lampade duces.
Ex oleo morum si nichil intus habes.
Vel quis erit fructus. si te flos nominis ornet.
Et de melle boni nil tua uita metat.
Omē qđ ē rutilum. nomī non impetrat auri.
Nec fauus esse solet quicqđ in ore sapit.
Auri nobilitas. luteam si uestiat ollam.
Non ideo sequitur hanc minus esse lutum.
Sic ⁊ susannā. si fame candor inauret.
Non ideo sequitur hanc minus esse ream.
Nobis innotuit quod mecha sit. ⁊ qđ iniqua.
Spreuit mecha uirū. lesit iniqua deū.
Virtuti uitium. sinceris turpia. legi.
Illecebram. fidei ptulit illa dolum
Nos urit grauit res hec. opus hoc scelus istud.
Res deformis. opus flebile. triste scelus.
Iuris enī nr̄i est. tales euellere plantas.

Ne referat fructus arbor iniqua malos.
Praua quidem cito fructificant. sȝ fertilis arbor.
Tardius. urtica crescere semper habet.
Lex ğ poscit. ⁊ res ut in arboris hui⁹.
Radices. uindex nr̄a securis eat.
Sed donec nobis clarescant singla parua.
Pene concessit ultio nr̄a moram.
Ergo reuoluetur res ordine ducta. rotaq;
Lingue currentis. iuris habena reget. Narratio rei.
Cum sol hesternum librasset tempus. ⁊ urbis
Librasset causas. nr̄a statera diu.
Surgim⁹. egredimur. ioachim nos excipit ort⁹.
Floridus. ut recreet tedia nr̄a locus.
Nrō blanditur locus. arridetq; labori.
Ridentem reddunt quatuor ista locum.
Hec sunt. arbor humus. ⁊ fons. ⁊ auis. uiret arbor
Vernat humus. garrit fons. cytharizat auis.
Arbor fronde uiret. pubescit gramine tellus.
Murmure fons garrit. gutture ludit auis.
Flos oculos pascit. nardus nares. auis aures.
Hic placet. hoc redolet. exprimit illa melos.
Sedimus hic ğ. fallendo sub arbore solem.
Ut iuuenescat ibi nr̄a senecta parum.
Dumq; locum nr̄i metit⁹ luminis error.
Sors in susannā lumina nr̄a tulit.
Pulsat posticam. patuit pulsata patente
Ingreditur. graditur. acceleratq; scelus.
Et quales optat lasciua libido. latenti.
Dilecto. tales exhibet illa genas.
Intrat enī succincta dolis. discincta puell.
Picta genis. pedib; nuda. uenusta comis.

Excludens famulas sine teste fuit. quia nemo.
Delinquens. occulos testis amare solet.
Arte suam iuuit faciem. quia pectus amantis
Predari citius. forma polita solet.
Turpem predebat habitus quesitus amorem.
Deformisque note. testis. et obses erat.
Signis siue notis. et si non ore. reatum.
Impure mentis. hec potuere loqui.
Frons stellata rosis. picte lasciuia zone.
Et coma dedignans uincla magistra pati.
Pes leuis. et rugis uestis crispata superbis.
Collum torque tumens. auris inaure tumens.
Cur sic. ut placeat magis. ut magis urat amantem.
Plus quibus placuit. plus suus arsit amans.
Arsit et exilijt. rapit hanc. manum manus ori.
Iungitur os. pudor est ordine cuncta sequi.
Currimus huc. fugiunt. sequimur foris euolat ille.
Illa stat. hic leuior. tardior illa fuit.
Assumus. illa stupet. loquimur rubet illa. minamur.
Illa dolet. causam querimus. illa tacet.
Nos quasi subsannans oculo susanna superbo.
Quesitum surda preterit aure scelus.
Se tamen ostendit. uel fronte uel ore reatus.
Frons rubet. ecce pudor. os tacet ecce fauor.
Elucet que sit susanna. nec esse sepultum.
Protulit hoc facinus iudicis ira dei.
Nec fallit sermo uulgari tritus in ore.
Donec fracturam sentiat olla natat.
Que non naufragium nesciret. si prior esset.
Remigio fidei sponsa secuta uirum.
Sed multum distant sibi uir prius. uxor iniqua.

Vir fidus sponse. sponsa dolosa uiro.
Sponse culpa tamen ioachim non torqueat. ex hac.
Fece. nichil macule contrahet ille sibi.
Non ideo reus est. si uir suus est. quia dampnum.
Nil oleum patitur. si societur aque.
Causa relata patet. nec testibus indiget. quare.
Torqueat et cruciet. ultio digna ream. Defensio danielis.

Quis turbo turbam turbauit. quis sonus urbem.
Impulit. unde fragor intonat. unde dolor.
State uiri. punite reos. absoluite iustam.
Hos sua culpa ligat. hanc sua causa iuuat.
Pondere non equo susanne causa pependit
Nec timuit mendax esse statera senum.
Canities etiam mentiri nouit. et albam.
Non semper retinet alba senecta fidem.
Albi temporibus nigri sunt moribus. equant.
Tempora cana niuem corda dolosa picem.
Pingues ut uitulos. uetulos amiror amantes.
Amentesque graues corpore. corde leues.
Hos gradus insignit. sed uita premit. nec honoris.
Summos attingit infima uita gradus.
Ambo presbiteri. sed non prebent iter ulli.
Ambo iudices. sed sine iure dei.
Cumque regant alios. tamen a dulcedine morum.
Ieiunus remanet tantus honoris aper.
Ore docent. sed quid cum lingue uita repugnat.
Non reducunt mores aurea lingua malos.
Verbis frondescunt. sed non est fructus in actu.
Ore pluunt alijs. sunt sine rore sibi.
Talis uterque docet. nocet. ungit. pungit. obesse.
Plus prodesse minus nouit uterque tamen.

Cum doceant alios se ñ hortant̄ ex instar.
Candele faciunt in sua dampna iubar.
Proficit hec aliis soli s; deficit isti.
Proficiunt aliis deficiuntq; sibi.
Vis t̄ depingi breuius p̄missa. sequunt̄.
Vtres. seu uentres. dolia. siue dolos.
Vt popli loculos nummis emungere possint.
Ph dolor in poplos uertunt utrumq; dolos.
Curant ñ aras. s; aras. non iura s; era.
Non equum s; equos. non inopes. s; opes.
Herent s; uanis. seu uinis siue uenenis.
Querunt uana. colunt uina. uenena spuunt. Paranomasia
Libras. ñ libros relegunt. parentq; monetis. figura.
Non monitis. p̄cio non p̄ce quemq; iuuant.
Non alleluia ructare s; allia norunt.
Plus in salmone quam salomone legunt.
Talib; g° fides inclinet urã fauorem.
Non. quia fallaces non meruere fidem.
Fingunt quod urīs fuderunt aurib;. iste.
Non ē ordo rei. quem docuere rei.
Sed nichil intexit mea uox de stamine falsi.
Remq; sequar breuiter. et sine nube doli.
Estus erat. calor instabat. sol flameus undas.
Iusserat immemores frigoris esse sui.
Riuus q̄ ludens ioachim lasciuit in orto.
Lampadis eiusdem ui tepefactus erat.
Illuc inuitant susannam balnea. surgit.
Huc p̄perat. fraudem nescit inesse loco.
Temptat aquam. laudat temptatã. nuda subintrat.
Laudatam. nudam uidit uterq; senum.
Vidit et incaluit. suscepte pabula flamme.

Eius utreq; gene sunt in utroq; sene.
Hinc species. inde spes. hinc uenus inde uenustas.
Hinc calor. inde color. cor rapuere senum.
Igni dant uires. ocli lux ignea. ceruix
Lactea. cesaries aurea. frontis honor.
Res noua. decrepitus audax amor impat. igni.
Crangues stipule dant alimenta nouo.
Non par inuoluit puerũq; senemq; reatus.
Errat amando [puer] seuit amando senex.
Flamma senum rorem uenie non impetrat hors
Sedari fornax non sine fonte potest.
Extingui leuius puerilis culpa meretur.
Paruo rore p̄m flamma nouella solet.
Quid sero plura. senes captiuat forma. trahunt̄.
Illecebra. celeres ad sua uota uolant.
Ergo p̄ces fundunt. g° dant. g° minant̄.
Nil p̄ce. nil donis. nil ualuere minis.
Cum nichilũ possent uenari retib; istis.
Aures innocuas. his tetigere sonis.
Effectus nr̄o si ñ arridet amori.
Crimen fingem⁹ in tua dampna nouum.
Ex sponsi fedus lesisse fatebimur. istud.
In medio uulgi nrã loquela feret.
Spans. ex metuens. nutat susanna. ministrat.
Spem diuinus amor. lingua dolosa metum.
Mens trahit̄ ueloq; spei. uento q; timoris.
Speq; metuq; sequens inter utrumq; natat.
Deuotaq; uolans ad celũ mente loquelam.
Fletib; undantē misit in aure senum.
Nauis quo fugiet geminis impulsa p̄cellis.
Hinc michi nulla salus. hinc fuga nulla m̄.

S irtes incurret fugiens mea cimba caribdim.
E t mea fata cauens in mea fata ferar.
P eccatem: peccantem me puniet ira gehenne.
C lamantem: clamantem puniet ira senum.
S ; quid ira senes mari in me seuiat: iram.
L enius inferni uerbere trita caro.
V t dampnum carius anima lucretur emat:
P ortum celestem naufraga uita michi
D irit. 7 obsistit. 7 preualet una duob;:
S euis blanda. uiris femina iusta reis.
N ec uincunt. quam conuincunt quia uil adamanti:
M alleus hinc. incus unde nocere solet.
V t mea uox celeri sit digna fide. loc illos:
S eparet. et ratio iudicet acta senum.
D ic frondose senex. dic que fuit arbor amoris:
C onscia: respondet. estimo prinus erat.
D icat et hic ad quem non ista loquela uolauit.
Q ue fuit arbor. ait. estimo cinus erat.
Q uid plus: conuincit sua lingua reos. docet iste:
Q uod negat ille. negat iste. quod ille docet.
N il restat nisi crux. sua pena redundet in illos.
V apulet et uirgis doctor uterq; suis.
P ersequar hanc titulis. cruce exequar illos.
H ec meruit titulos. hi meruere crucem.;

Versus de passione et resurrectione et ascensione xpi. et de apostolis.,.

Est locus ex omni medius quem credimus orbe.
Golgotha iudei patrio cognomine dicunt
Hic ego de sterili succisum robore lignum:
P lantatum memini fructus genuisse salubres.
N on tamen hoc illis qui se posuere colonis.
P rebuit. externi fructus habuere beatos.
A rboris hec species uno de stipite surgit.
E t mox in geminos extendit brachia ramos.
S ic ut plena grauis antemne carbasa tendunt.
V el cum disiunctis iuga sunt ad aratra iuuencis.
Q d tulit hoc primum maturo semine lapsum:
C oncepit tellus. mox hunc mirabile dictu:
T ertia lux iterum terre superisq; tremendum:
E xtulerat ramum uitali fruge beatum.
S ; bis uicenis conformiter ille dieb;:
C reuit in immensum. celumq; cacumine summo:
C ontigit. et tandem sanctum caput addidit alte.
D um tamen ingenti bissenos pondere ramos:
E didit. et totum spargens porrexit in orbem.
G entib; ut cunctis uictum uitamq; perhennem:
P reberent. mortemq; mori quam posse docerent.
E xplicitis etiam mox quinquaginta dieb;:
V ertice de summo diuini nectaris haustum:
D etulit in ramos celestis spiritus aura.
D ulci rore graues manabant undiq; frondes.
E cce sub ingenti ramorum tegminis umbra:
F ons erat. hic nullo casu turbante sereno:
P erspicuus illimis aquis. et gramina circum:
F undebant letos uario de flore colores.
H unc circum innumere gentes populiq; coibant.
Q uam uarii generis sexus etatis honoris.

Innupte nupteq; simul. uidueq; nurusq;.
Hic ubi multigenis fletos incumbere pomis.
Certabant ramos auidis attingere dextris.
Gaudebant madidos celesti nectare fruct⁹.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis.
Quam luculenta uite uestigia feda prioris.
Detererent. corpusq; pio de fonte lauarent.
Ergo diu circumspatiantes gramine molli.
Suscipiunt alta pendentes arbore fruct⁹.
Tunc illis siqui delapsa putamina ramo.
Et dulces multo rorantes nectare fruct⁹.
Vescuntur ueros optantes munere fruct⁹.
Ergo ubi celestem ceperunt ore saporem.
Permutant animos. et mites pdere auaras.
Sepe quidem multi renouatis mentib; egros.
Restituere animos. et que se posse negabant.
Ptulerant. fructuq; sui cepe laboris.
Multi etiam scos ausi contingere fontes.
Discessere meri subito retroq; relapsi.
Sordib; et ceno miri uoluuntur eodem.
Multi uero bono portantes pectore totis.
Accipiunt animus. penitusq; in uiscera condunt.
Ergo quiq; sacros. possunt accedere fontes.
Et quos septima lux optatis sistit ad undas.
Tingunt in liquidis ieiunos fontib; art⁹.
Sic demu illuuiem mentis uiteq; prioris.
Deponunt labem. purasq; a morte reducunt.
Illustres animas. celiq; ad lumen itiras.
Hinc iter ad ramos. et dulcia poma salutis
Inde iter ad celu p ramos arboris alte.
Hoc lignu uite cunctis credentib; AMEN;

Versus magistri pet abelardi de sca maria.

Lux orientalis et amica dei special
Aula salutaris genitrix pacis general — lis.
Virgo triumphalis psona magisterial
Regula moralis fidei calor effigial
Federe sponsalis sed nulli conubial — lis.
Nec naturalis usus pariendo iugal
Spes mea causalis mediatrix sola uocal
Munere pluralis largaq; manu uenial — lis.
Hostia pascalis cuius fuit alta subal
Gloria uitalis saluatio spual
Ops medicinalis placatio subsidial — lis.
Mentio festalis oparia pdigial
Dextra martalis quam non tetigit social
Sed neq; riualis se nuscunt official — lis.
Sic immortalis fuit actio spual
Nullaq; carnalis corruptio feda sodal
Flos rosa uernalis in fructu ppetual — lis.
Cuius odor suauis uictis e genital
Stella diurnalis reuerentia catholical
Mentib; humanis non laus e cui manan — lis.
Fons rationalis et xpi collateral
Plusquam regalis quia non e altera tal
Nec fuit equalis tam fortis et impial — lis.
Mater ouans regis in cuius lumine deg
Qui dat in aure gregis diuine dogmata leg
Nobilis insignis memorabilis inclita mit — is.
Strenua sublimis et tota patenter heril
Iure cluens ple. pariens tam absq; dolo
Splendidior sole celesti plena deco — re. am.
Fac fore me uire sine fine tue genitri

Item uersus de sancta maria.

Stella maris que sola paris sine coniuge prole.
Iusticie clarum specie super omnia sole.
Gemma decens · rosa nata recens · perfecta decore.
Mella cauis inclusa fauis imitata sapore.
Omnimodis tuus almus honos precellit odores.
Exuperat quos uer reserat tua gratia flores.
Corporeus te casta deus conceptus inundat.
Exoriens · passus · moriens · nos crimine mundat.
Ut miseros trahat ad superos uenit altus ad ima.
Eripitur dum mors moritur plasmatio prima.
Eximium fuit hoc nimium tibi sancta uirago.
Virgineum quod per gremium patris exit imago.
Amplexus solet hic serus sentire pudendos.
Ut paribus de seminibus queat edere flendos.
Tu uero pregnans utero seruansque pudorem.
Producis dominum lucis utrumque datorem.
Luciferi mater pueri te mundus adorat.
Te precibus te carminibus deuotus honorat.
Post dominum tu spes hominum quos conscia mordet.
Mens sceleris que per ueneris contagia sordet.
Supplicium post iudicium remoueto gehenne.
Elisios habitare pios concede perhenne.

Epitaphium cuiusdam.

Illecebre mundi · laus · forma · potentia · fundi.
Gaza · uoluptates · genus · excelsique penates.
Insinuant fructus sese dare damna luctus.
His genus humanum precipit in omne profanum.
Hec dum captamus · ea nos predantur ut hamus.
Que cum celatur piscis rapit ut capiatur
Omnes falluntur qui gaudia uana secuntur
Que cito labuntur · quibus in preceps rapiuntur.

Horum blanditiis hominum genus illaqueatur.
Horum fortunis successibus exhilaratur.
Dumque uacat nugis et ceca nube tenetur.
Longius a ueris exorbitat et remouetur.
Hic si laudetur sibi felix esse uidetur.
Dumque suas iactat laudes · non celica tractat.
Alter regnandi cupidissimus et dominandi.
Expetit ut tanti sit de numero dominantium.
Hunc mollis uictus · uarius delectat amictus.
Seque uoluptatum fluuio putat esse beatum.
Que quam sint uana probat actio cotidiana.
Nil in eis clarum rerum probat exitus harum.
Hic petit argentum cumulans sestercia centum.
Nil reputans carum nisi pondera diuitiarum.
Dumque rei seruus studet ut cumuletur aceruus.
Estuat · indurat · querit · nec cetera curat.
Sed fortuna leuis solito dum turbine seuis.
Incumbente rota rapitur possessio tota.
Hic et formosum se predicat et generosum.
Sed sic formosos necat atropos ut generosos.
Ergo mundanis quorum iacet usus inanis.
Nemo sit intentus · quia deficiunt quasi uentus.
Sit potius nobis carnem compescere cura.
Ne submissa sibi psyche transeat ad sua iura.
Si carnis semel impium quisquam patiatur.
Ut quasi blanditiis rabies eius reprimatur.
More canis peri tumor eius et ira nouatur.
Et quasi succisum caput ydre multiplicatur.
Ergo laboremus carnem compescere frenis.
Utraque uite [illegible]
Carne [illegible]

Longitudo ... Domine Deus ...

Sicque reuertentis psyches integritas reparatur.
Ex indiuiduo per quod hic ut diuideretur:
Venit in exilium quo compede uincta tenetur.
Per potum lethes descendit in ebrietatem.
Eius simplicitas mutatur in alteritatem.
Tristis in antiquam suspirat sobrietatem.
Fraudataque sibi gemit immutabilitate.
Hinc stupide molles fert illecebras afrodite.
Munera perpendens que sunt contraria uite.
Expuat illecebras. non se sinat illaqueari.
Natiuumque iubar cursu uetet orbiculari.
Sic indiuidue naturam simplicitatis.
Induet immunis cuiuslibet alteritatis.
Hec bene discernens. [illegible]. conscius horum.
Carne triumphata tertio laqueo uiciorum.
Sustulit a tenebris psychen ad conuexa polorum.
Quo fruitur requie turbis sociata piorum. amen.

Circiter octennem ludouice tui genitores.
Te uouere deo. sanctos ut discere mores.
Dum puer inciperes animosius hos retineres.
Sic altimontis intra penetralia gliscens.
Es factus iuuenis. et que sunt commoda discens.
Ergo magistrorum ne sit spes cassa tuorum.
Effice scribendo uel amore uicem referendo.
Est a te scriptus hic codex atque ligatus.
Unde tuis aliis sit scriptis annumeratus.
Nec figas metas [illegible] scribere dum ualet etas.

Hic Rainere iaces de Trit cognomine dictus. Epytaphium
[illegible]ente tua lachesi lux periitque decus. uon Rainerii de thun
Militie cultu. generis splendore. nepotum.
Turba. coniugio. prole beatus eras.
Prudens consilio. fidus fidentibus in te.
A te progenitis gloria prepes eris.
Fagela par genere morumque nobilitate.
Dignam se tanto prodidit esse uiro.
Nam cum uiuendi tibi facta fuisset eclypsis.
Non est passa tuum degenerare thorum.
Sed gemitu turtur. et simplicitate columba.
In pectoribus uiuens ales utraque fuit.
Et sicut talami seruarat federa casti.
Sic uoluit tumulo iuncta iacere tuo.
Sed uia longa. labor. estas. et gleba caloris.
Impatiens uota preppedire pia.
Nunc abrahe sareque sinu foueatur uterque.
Indulgente deo quidquid male gessit homo.
Cum Rainerus obit centum cum mille fuisse.
Annos a Christo [illegible]ctor et octo quater.

88

Maria ...

Decretū alexandri pape.

Sicut licet dare n̄ uacantē.

Sic licet n̄ dare uacantem

Amen dico tibi



Sicut licet dare n̄ uacantem

[illegible]

[illegible]



48
62

96
288

2976

138 Bll.

